




**L. Apuleii Madaurensis philosophi Platonici opera, quæ quidem extant, omnia : & in primis De asino aureo libri XI, cum eruditissimis Philippi Beroaldi com[m]entarijs, ab innumeris quibus scatebant mendis nunc demum uindicati : Adiecto quo[que] rerum & uerborum in ijsdem memorabilium indice copioso. Reliquorum Operum catalogum Secundæ partis Titulus indicabit.**

<https://hdl.handle.net/1874/416865>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


N. Oct.

106



A printing







22 dicitur...  
10 p21

2 Tiber...  
Natum q' arguunt...  
indip in ... figura

106

An quales cetero renotos... q' qz

106

100044

Cont. ista dicitur est talis modi quod...  
Seedens ante disponit p'cedens...  
N. 2. qz dies q' oromgohis...  
eundem... solem... in illa hora...

Ante...  
...  
...  
...  
omnia sunt ha...

X. oct.  
106

Hoct. 106.

511

N 95. B.

L. APVLEII MA=
daurenfis operum
fecunda pars, qua
continentur

Floridorum Libri 11111

De dogmate Platonis Liber 1.

De Philosophia, siue de Deo
Socratis Liber 1.

Apologia, siue orationes dua pro
se ipso.

De mundo, siue Cosmographia
Liber 1.

De medicaminibus herbarum
Liber 1.

Ab innumeris, quibus scatebant,
mendis nunc demum
purgati.

BASILEAE

Ex dono Buchely



LIBER PRIMUS  
de virtutibus operum

de virtutibus operum  
concordant

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

de virtutibus operum

L. APVLEII MA-  
DAVRENSIS PHILOSOPHI PLA-  
TONICI, FLORIDORVM

Liber Primus.



T ferme religiosis uiantium mo-  
ris est, cum aliquis lucus, aut ali-  
quis locus sanctus in uia oblatu-  
s est, uotum postulare, \* portum  
apponere, paulisper assidere: ita mihi ingres-  
so sanctissimam istam ciuitatem, quanquam  
oppidò festinè, præfanda uenia, & habenda  
oratio, & inhibenda properatio est. Neque  
enim iustius religiosam moram uiatori ob-  
iecerit, aut ara floribus redimita, aut spelun-  
ca frondibus inumbrata, aut quercus corni-  
bus onerata, aut fagus pellibus coronata, uel  
enim colliculus sepimine consecratus, uel  
truncus dolamine effigiatus, uel cespes liba-  
mine humigatus, uel lapis unguine delibu-  
tus. Parua hæc quippe, & quanquam paucis  
percontantibus adorata, tamen ignorantibus  
transcursa. At non itidem maior meus  
Socrates. Qui cum decorum adolescentem,  
& diutulè tacentem conspicatus foret: Ut te  
uideam (inquit) aliquid eloquere. Scilicet  
Socrates tacentem hominem non uidebat.  
etenim arbitrabatur homines nõ oculorum,

\* portum.

Socratis dicitur  
Etum.

sed mentis acie & animi obtutu considerandos. Nec ista re cum Plautino milite cōgruebat, qui ita ait: Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem. Imò enim uero hunc uersum ille ad examinandos homines conuerterat: Pluris est auritus testis unus, quàm oculati decem. Cæterùm si magis pollerent oculorum quàm animi iudicia, profectò de sapientia foret aquilæ concedendum. Homines enim neque longulè disita, neque proximè adita possumus cernere: uerùm omnes quodammodo cæcutimus, ac si ad oculos & obtutum istum terrenum redigas, & habetem, profectò uerissimè poeta egregius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos offusam, non cernere nos nisi intra lapidis iactū ualere. Aquila enim uerò cum se nubium tenus altissima è sublimauit, euecta alis, totū istud spacium qua pluitur & ningitur, ultra quod cacumè nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso ( ut ita dixerim ) solo ætheris & fastigio hyemis: cum igitur eò sese aquila extulit, nutu elementi læuorsum uel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas alas quò libuit aduertens, modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despiciens, ibidem pennarum eminus indefessa remigia, ac paulisper contabundo uolatu penè eodem loco pendula circumtuetur, & quærit quorsus potissi-

*Aquila  
perspicacitas.*

Floridorum Lib. I.

potissimum in prædam supernè sese ruat ful-  
minis uice: de cælo improuisa simul campis  
pecua, simul montibus feras, simul homines  
urbibus, uno obtutu sub eodem impetu cer-  
nens, unde rostro transfodiat, unde ungui-  
bus inuncet, uel agnum incuriosum, uel le-  
porem meticulosum, uel quodcunque esui  
animatum uel \* laniatum fors obtulit. Hi-  
agnis fuit ( ut fando accepimus ) Marsiæ tibi-  
cinis pater & magister, rudibus adhuc musi-  
cæ seculis, solitus ante alios cantus canere.

Nondum quidem tam \* infessa anima sono,  
nec tam pluriformi modo, nec tam multifo-  
ratili tibia: quippe adhuc ars ista repertu no-  
uo commodum oriebatur, nec quicquam  
omnium est quod possit in primordio sui  
perfici: sed in omnibus fermè antè est spei ru-  
dimentum, quàm rei experimentum. Pro-  
fus igitur ante Hiagnim nihil aliud pleriq; cal-  
lebant, quàm Virgilianus opilio seu bubs-  
qua,

*Stridenti miserum stipula disperdere carmen.*

Quòd si quis uidebatur paulò largius in arte  
promouisse, ei quoque tamen mos fuit una  
tibia, uelut una tuba personare. Primus Hi-  
agnis in canendo manus discapedinauit, pri-  
mus duas tibias uno spiritu animauit, pri-  
mus læuis & dextris foraminibus acuto tin-  
nitu & graui bombo concentum musicum

\* laniatū.  
Hiagnis mus  
sicus.

\* indefessa.



*Marsias.* miscuit. Eo genitus Marsias, cum in artificio patrifaret tibicinij, Phryx cætera, & barbarus, uultu ferino trux, hispidus, multibarbus, spinis & pilis obsitus, fertur (proh nefas) cum Apolline certauisse, turpis cum decoro, agrestis cum erudito, belua cum deo, Musæ cum Minerua. dissimulamenti gratia iudices astirere, ad deridendam scilicet monstri illius barbariam, nec minus ad stoliditatem puniendam. Sed Marsias, quod stulticiæ maximum specimen est, non intelligens se deridiculo haberi, priusquam tibia occiperet inflare, prius de se & Apolline quædam deliramenta barbarè effutiuit: laudans sese, quòd erat & coma relicinus, & barba squalidus, & pectore hirsutus, & arte tibicen, & fortunæ egenus, contra Apollinem (ridiculum dictu) aduersis uirtutibus culpabat: quòd Apollo esset & coma intonsus, & genis gratus, & corpore glabellus, & arte mulatificus, & fortuna opulentus. Iam primùm, inquit, crines eius præmulsis anrijs, promulsis caproneis anteuëtuli & propenduli, corpus totum gratissimum, membra nitida, lingua fatidica, seu tute oratione seu uersibus malis utrobique facundia æquiparari. Quid quòd & uestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? Quid quòd & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis uariegat?

Quid

Quid quòd & doctissimè & gratissimè cantillat? Hæc omnia, inquit, blandimenta nequaquam uirtuti decora, sed luxurię accomodata, circa corporis sui qualitatem præ se maximam speciem ostentare. Risere Musæ, cum audirent hoc genus crimina, sapiënti exoptáda, Apollini obiectata: & tibicinem illū certamine superatū, uelut ursum bipedem, corio execto, nudis & laceris uisceribus reliquerunt. Ita Marsias in pœnam cecinit, & cecidit. Enimvero Apollinem tā humilis uictoriæ puditū est. Tibicen quidá fuit Antigénidas, omnis uoculæ melleus modulator, & idem omnimodis peritus modicator, seu tuuelles Aeolium simplex, seu Asium uarium, seu Lydium querulum, seu Phrygiū religiosum, seu Dorium bellicosum. Is igitur cum esset in tibicinio apprimè nobilis, nihil eque se laborare, & animo angi & mente dicebat, quàm quòd monumentarij choraulæ, tibicines dicerentur. Sed ferret æquo animo hanc nominum communionem, si mimos spectauisset. Animaduerneret illic penè simili purpura alios præsidere, alios uapulare. Itidem si munera nostra spectaret. nam illic quoque uideret hominem præsidere, hominè depugnare, togam quoque parari & uoto & funeri. item pallio cadauera operiri, & philosophos amiciri. Bono enim studio in

*Antigenio  
das tibicen.*

L. Apuleij

theatrum conuenistis, ut qui sciatis, non locum authoritatem derogare orationi: sed cum primis hoc spectandum esse, quid in theatro deprehendas. Nam si mimus est, riseris: si funerepus, timueris. Si comœdia est, faueris: si

*Indi.* philosophus, didiceris. Indi, gens populosa cultoribus, & finibus maxima, procul à nobis ad Orientem siti, prope Oceani reflexus, & solis exortus primis sideribus, ultimis terris super Ægyptios eruditos, & Iudæos superstitiosos, & Nabathæos mercatores, & fluxos uestium Arfacidas, & frugum pauperes \* Scythicos, & odorum diuites Arabas.

*\* Hyraos.* Eorum igitur Indorum non æquè miror eboris strues, & piperis messes, & cinnami merces, & ferri temperacula, & argenti metalla, & auri fluentia: nec, quòd Ganges apud eos unus omnium annuum maximus,

*Ganges fl.* *Bois regnator aquis in flumina centum  
Disscurrit, centum ualles illi, oraq; centum,  
Oceaniq; fretis centeno iungitur amni.*

Nec, quòd ijsdem Indis ibidem sitis ad nascentem diem, tamen in corpore color notis est. Nec, quòd apud illos immensi dracones cum immanibus elephantis, pari periculo in mutuam perniciem concertant. Quippe lubrico uolumine indepti reuinciunt, & illis expedire gressum nequientibus, uel omnino abrumpere tenacissimorum serpentium

*Draconum  
cum elephā  
tis congrega  
sus.*

squa-

Floridorum Lib. I.

squameas pedicas, necesse sit ultionem à rui-  
 na molis suæ petere, ac retentores suos toto  
 corpore oblidere. Sunt apud illos & uaria co-  
 lentium genera: libentius ego de miraculis  
 hominum, quàm naturæ disseruerim. Est a-  
 pud illos gens, quæ nihil amplius quàm bu-  
 bulcitare nouere: idq; ad cognomen illis Bu-  
 bulcis inditum. Sunt & mutandis mercibus  
 callidi, & obeundis prælijs strenui, uel sagit-  
 tis eminus, uel ensibus cominus. Est præte-  
 rea genus apud illos præstabile, Gymnoso-  
 phistæ uocantur. Hos ego maximè admiror: *Gymnoso-*  
 quòd homines sunt periti, non propagandæ *phistarū di-*  
 uitis, nec inoculandæ arboris, nec proscin- *sciplina.*  
 dendi soli. Non illi norunt aruum colere, uel  
 aurum colare, uel equum domare, uel taurū  
 subigere, uel ouem uel capram tondere uel  
 pascere. Quid igitur est? Vnum pro his om-  
 nibus norunt: sapientiam percolunt, tam ma-  
 gistri senes quàm discipuli iuniores. Nec  
 quicquam æquè penes illos, quàm quòd  
 torporem animi & ocium oderūt. Igitur ubi  
 mensa posita, priusquam edulia apponatur,  
 omnes adolescentes ex diuersis locis & offi-  
 cijs ad dapem conueniunt. Magistri perro-  
 gant, quod factum à lucis ortu ad illud diei  
 bonum fecerit. Hic alius se commemorat in-  
 ter duos arbitrum delectum, sanata simulta-  
 te, reconciliata gratia, purgata suspicione,

Alexander  
Magnus.

amicos ex infensis reddidisse: itidem alius, sese parentibus quidpiam imperantibus obedisse: & alius, aliquid meditatione sua reperisse, uel alterius demōstratione didicisse. Denique & cæteri commemorant. Qui nihil habet adferre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Alexandro illi, longè omnium excellentissimo regi, cui ex reb. actis & auctis cognomentum Magni inditū est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur. Nam solus à condito æuo, quantum hominum memoria extat, in exuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior fuit: successusq; eius amplifimos & prouocauit ut strenuus, & æquiparauit ut meritis, & superauit ut melior, solusque sine æmulo clarus, adeò ut nemo eius audeat uel sperare uirtutem, uel optare fortunam. Eius igitur Alexandri multa sublimia facinora, & præclara edita fatigaberis admirando, uel belli ausa, uel domi prouisa: quæ omnia aggressus est meus Clemens, eruditissimus & suauissimus poetarum, pulcherrimo carmine illustrare. Sed in primis Alexandri illud præclarum, quò imaginem suam, quò certior posteris prodertur, noluit à multis artificibus uulgò contaminari: sed edixit uniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temerè a simularet ære, colore,

colore, cælamine: quin ipse solus eam Poly-  
cletus ære duceret, solus Apelles colori-  
bus deliniaret, solus Pyrgoteles cælamine  
excluderet. Præter hos treis multo nobilif-  
simos in suis artificijs, si quis uspiam reperi-  
retur alius sanctissimi imagini regis manus  
admolitus, haud secus in eum quàm in sa-  
cilegum uindicaturus. Eo igitur omnium  
metu factum, solus Alexander ut ubique  
imaginum summus esset: utique omnibus  
statuis & tabulis & toreumatis idem uigor  
acerrimi bellatoris, idem ingenium maxi-  
mi honoris, eadem forma uiridis iuuentæ,  
eadem gratia relicinæ frontis cerneretur.  
Quod utinam pari exemplo Philosophiæ  
ediçtum ualeret, ne quis imaginem eius te-  
merè assimilaret, uti pauci boni artifices,  
ijdem probè eruditi, omnifariam sapien-  
tiæ studium contemplarentur: neu rudes,  
fordidi, imperiti, pallio tenus philosophos  
imitarentur, & disciplinam regalem tam ad  
bene dicendum quàm ad bene uiuendum  
reperitam, male dicendo, & similiter uiuendo  
contaminarent. quod utrunq; scilicet perfa-  
cile est. Quæ enim facilior res, quàm linguæ  
rabies, & uilitas morum: alter ex aliorum  
contemptu, alter ex sui? Nam uiliter se-  
metipsum colere, sui contemptus est; har-  
bare alios insectari, audientiù cõtumelia est.

Annon

An non summam contumeliam uobis imponit, qui uos arbitratur maledictis optimi cuiusque gaudere, qui uos existimat mala & ueriosa uerba non intelligere: aut si intelligatis, boni consulere? Quis ex rupiconibus, baiulis, tabernarijs tam infans est, ut si pallium accipere uelit, disertis inaledicat? Hic enim plus tibi debet, quam dignitati: quanquam ne hæc illi sit cum alijs promiscua. nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, & ex his consularibus pauci boni, & adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed ut loquar de solo honore, non licet insignia eius uestitu uel calciatu temerè usurpare: Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu, & illis inuisoribus meis, malignus sedet ( quoniam in magna ciuitate hoc quoque genus inuenitur, qui meliores obtrectare malint, quam imitari: & quorum similitudinem desperent, eorundem affectent simultatem: scilicet ut qui suo nomine obscuri sunt, meo innotescant ) Si qui igitur ex illis libitinis splendidissimo huic auditorio uelut quedam macula sese immiscuit, uelim paulisper suos oculos per hunc incredibilem confesum circumferat, contemplatusque frequentiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunquam usitata est, repuret cum animo suo, quantum periculum conseruandæ existima-

estimationis hic adeat, qui contemni non cō-  
 suevit: cum sit arduum & oppidò difficile,  
 uel modicæ paucorum expectationi satisfa-  
 cere: præsertim mihi, cui & antè parta existi-  
 matio, & uestra de me benigna præsumptio,  
 nihil non quicquã finit diligenter ac de sum-  
 mo pectore hiscere. Quis enim uestrũ unũ  
 mihi solæcissimum ignouerit? Quis uel unam  
 syllabam barbarè pronunciatam donauerit?  
 Quis incõdita & uitiosa uerba temerè, quasi  
 delirãtibus oborientia, permiserit blaterare?  
 Quæ tamen alijs facilè, & sanè meritissimò  
 ignoscitis. Meum uerò unumquodque di-  
 ctum acriter examinatis, sedulo pensiculatis,  
 ad limam & lineam certam redigitis, cum tor-  
 no & cothurno iterum comparatis: tantum  
 habet utilitas excusationis, quantum digni-  
 tas difficultatis. Agnosco igitur difficultatè  
 meam, nec deprecor quin sic existimetis: nec  
 tamen uos parua quædam & praua similitu-  
 do falsos animi habeat. Quoniam quædam  
 (ut sæpe dixi) palliata mendicabula obam-  
 bulant: præco cum proconsule, & ipse tribu-  
 nal ascendit, & ipse togatus illic uidetur, &  
 quidem per diu stat, aut ambulat, aut plerun-  
 que contentissimè clamat. Enim uero ipse  
 proconsul moderata uoce rarentos & sedens  
 loquitur, & plerunque de tabella legit. Quip-  
 pe præconis uox garrula ministeriũ est, pro-  
 consulis



consulis autem tabella sententia est: quæ se-  
mel lecta, neq; augeri litera una, neq; autem  
minui potest: sed utcunq; recitata est, ita pro-  
uincia instrumēto refertur. Patior & ipse in  
meis studijs aliquam pro meo captu simili-  
tudinem. Nam quodcunq; protuli ad uos,  
excerptum illico & lectum est: nec reuocare  
illud, nec antè mutare, nec emendare mihi  
inde quicquam licet, quo maior religio di-  
cendi habenda est. Et quidem non in uno ge-  
nere studiorū, plura enim mea extant in Ca-  
mœnis, quàm Hippiaë in opificijs operibus.  
Quid istud sit, animo attendatis diligentius,  
& accuratius disputabo.

## FLORIDORVM LIB. II.

*Hippias so-  
phista.*

**V**T Hippias è numero sophistarum est,  
artium multitudine prior omnibus, elo-  
quentia nulli secundus: ætas illi cum So-  
crate, patria uel genus ignoratur: gloria ue-  
rò magna, fortuna modica: sed ingenium  
nobile, memoria excellens, studia uaria, æ-  
muli multi. Venit Hippias iste quondam cer-  
tamine Olympio Pisam, non minus cultu  
uisendus, quàm elaboratu mirandus. Om-  
nia secum, quæ habebat: nihil eorum eme-  
rat, sed suis sibi manibus confecerat: & in-  
dumenta quibus indutus, & calciamenta  
quibus erat inductus, & gestamina quibus  
erat

erat conspicuus. Habebat indutui ad corpus tunicam interulam tenuissimo textu, triplicilicio, purpura duplici: ipse eam sibi solus domi texuerat. Habebat cinctui balteum, quod genus pictura Babylonica, miris coloribus uariegatum: nec in hac eum opera quisquam adiuuerat. Habebat amictui pallium candidū, quod supernè circumiecerat: Id quoque pallium cooperatoris ipsius laborem fuisse. Etiam pedum tegumenta crepidas sibi met compegerat, & annulum in læua aureum faberrimo signaculo, quem ostentabat: ipse eius annuli & orbiculum circulauerat, & palam clauserat, & gemmam insculpserat. Nondum omnia eius commemorauit, etenim non pigebit me commemorare, quod illum nō puditū est ostentare: qui magno in cœtu prædicauit, fabricatū semet sibi ampullam quoque oleariam, quā gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate: iuxtaque honestā strigileculā, recta fastigatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur. Quis tum non laudauit hominem tam numerosa arte multifarium? totiugi scientia magnificum? tot utensilium peritia Dædalum? Quin & ipse Hippiam laudo: sed ingenij eius fecunditatem malo doctrinæ, quàm supellectilis multiformi

multiformi instrumento æmulari: fateorq; me sellularias quidē arteis minus callere, uestem de texterna emere, baxeas istas de suterna præstinare: enimuerò annulum nec gestare, gemmam & aurum iuxta plumbum & lapillos nulli æstimare: strigilem & ampullam, cæteraq; balnei utensilia nundinis mercari. Prorsum enim nō eo inficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramenta uti nosse: sed pro his præoptare me fateor, uno chartario calamo me reficere poemata, omne genus apta uirgæ, lyræ, focco, cothurno: item fatyras, ac gryphos: item historias uarias rerum, nec non orationes laudatas disertis, nec non dialogos laudatos philosophis: atque hæc & alia eiusdem modi tam Græcè quàm Latinè gemino uoto, pari studio, simili stilo. Quæ utinam possem quidem non singulatim ac discretim, sed cunctim & coaceruatim tibi proconsul, uir optime, offerre, ac prædicabili testimonio ad omnem nostram Camœnam frui: non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra & florens per omneis antecessores tuos ad te referuata est: sed quoniam nulli me probatorem uolo, quàm quem ipse ante omneis meritò probo. Sic enim natura comparatum est, ut eum quem laudes, etiam ames: porrò quem ames, laudari te ab illo uelis. Atq; ego  
me di-

me dilectorem tuum profiteor: nulla tibi priuatum, sed omni publicitatis gratia obstrictus. Nihil quippe à te impetraui, quia nec postulaui. Sed philosophia me docuit non tantum beneficium amare, sed etiam maleficium: magisq; iudicio impertire, quam commodo inferuire: & quod in commune expediat malle, quam quod mihi. Igitur bonitatis tuæ diligunt plerique fructum, ego studium. Idq; facere ad orsus sum, dum moderationem tuam in prouincialium negotijs contemplor, qua efflictiim amare te debeant, experti propter beneficium, expertes propter exemplum. Nam & beneficio multis commodasti, & exemplo omnibus profuisti. Quis enim à te non amet discere, qua nam moderatione obtineri queat tua ista gratia, uita iocunda, mitis auferitas, placida constantia, blandusq; uigor animi? Neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magis reuerita est, minus uerita: nullo nisi tuo anno, ad coercenda peccata plus pudor quam timor ualuit. Nemo te alius pari potestate sepius profuit, rarius terruit: nemo similiorem uirtute filium adduxit. Igitur nemo Carthagini proconsulum diutius fuit. Nam etiã eo tempore quo prouincias circumibas, manente nobis Honorino, minus sensimus absentiam tuam, quam tunc te magis desideraremus. Paterna in filio

æquitas, senilis in iuvene prudentia, consularis in legato authoritas. Prorsus omnes uirtutes tuas ita effingit ac representat, ut medicus fidius admirabilior esset in iuvene, quam in te parta laus, nisi eam tu talem dedisses, qua utinam perpetuò liceret frui. Quid nobis cum istis proconsulum uicibus? quid cum annis breuibus, & festinantibus mensibus? O celeres bonorum hominum dies, O præsidium optimorum citata curricula. Iam te Seueriane tota prouincia desideramus. Enim uerò Honorinū & honos suus ad præturam uocat, & fauor Cæsarium ad consulatum format, & amor noster in præsentiarum tenet, & spes Carthaginis in futurum spondet, uno solatio freta exempli tui, quod qui legatus mittitur, proconsul ad nos citò reuersurus est. Sol, qui candentem feruido cursu atque equis flammam citatis feruido ardore explicas, itemque luminis eius luna discipula, nec non quinque cæteræ uagantium potestates: Iouis benefica, Veneris uoluptifica, pernix Mercurij, perniciosa Saturni, Martis ignita. Sunt & aliæ mediæ deum potestates, quas licet sentire, non datur cernere: ut amoris, cæterorumque id genus, quorum forma non uisitata, uis cognita, quæ item in terris utcunque prouidentia ratio poscebat, alibi montium uertices arduos extulit, alibi camporum

porum supinam planiciem coæquauit. Item  
 quæ ubique distinxit amnium fluores, pra-  
 torum uirores. Item dedit uolatus auibus,  
 uolutus serpentibus, cursus feris, gressus ho-  
 minibus. Pariter enim ut qui hærediolū steri-  
 lem, & agrū scruposum, meras rupinas & sen-  
 ticeta miseri colunt: quoniam nullus in tes-  
 quis suis fructus est, nec ullam illic aliam fru-  
 gem uident, sed infelix lolium & steriles do-  
 minantur auenę, suis frugibus indigent, alie-  
 na furatum eunt, & uicinorum flores decer-  
 punt, scilicet ut eos flores carduis suis misce-  
 ant. Ad eundem modum, qui suæ uirtutis  
 sterilis est. Psitacus auis, Indiæ auis est, in-  
 star illi minimo minus quàm columbarum, sed  
 nec colorū columbarū. non enim lacteus il-  
 le, uel liuidus, uel utrūq; subluteus, aut spar-  
 sus est: sed color psitaco uiridis, & intimis  
 plumulis, & extimis palmulis, nisi quòd sola  
 ceruice distinguitur. Enimuerò ceruicula e-  
 ius circulo mineo, uelut aurea torqui, pari  
 fulgoris circumacta cingitur & coronatur.  
 Rostrum prima duritia, cū in petram quāpiam  
 cōcitus altissimo uolata præcipitat, rostro se  
 uelut anchora excipit. Sed & capiti eadem  
 duritia, quæ rostro. Cum sermonem nostrum  
 cogitur emulari, ferrea clauicula caput tūdi-  
 tur, imperiū magistri ut persentiscat: hæc fe-  
 rula discenti est. Discit aut statim pullus usq;

Psitacini.

ad duos ætatis suæ annos, dum facile os uti conformetur, cum tenera lingua uti conuibratur. Senex autem captus & indocilis est, & obliuiosus. Verùm ad disciplinam humani sermonis facilius est psitacus, glande qui uescitur: & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur. non enim omnibus psitacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quo eius lingua latior quàm cæteris auibus, eo facilius uerba hominis articulantur, patentiore plectro & palato. Id uerò quod dicit, ita similiter nobis canit, uel potius eloquitur, ut uocem si audias, hominem putes. Nam quidem si uideas, idem conari, non eloqui. Verùm enim uero & coruus & psitacus nihil aliud quàm quod didicerunt pronunciant: Si conuicia docueris, conuiciabitur diebus ac noctibus perstrepsens maledictis: hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia quæ didicit maledicta percensuit, denuò repetit eandem cantilenam. Si carere cõuicio uelis, lingua excidenda est, aut quãprimum in syluas suas remittendus est. Non enim mihi philosophia id genus orationis largita est, ut natura quibusdam auibus breuem & temporarium cantum commodauit: hirundinibus matutinum, cicadis meridianum, noctuis serum, ululis uespertinum, bubonibus nocturnum, gallis antelucanum.

Quip-

Corui &  
psitaci ser-  
mones.

Quippe hæc animalia inter se uario tempore  
 & uario modo occinunt & occipiunt carmi-  
 ne: scilicet galli expergifico, bubones gemu-  
 lo, ululæ querulo, noctuæ intorto, cicadæ  
 obstrepero, hirundines perarguto. Sedenim  
 philosophi ratio & oratio tempore iugis est,  
 & auditu uenerabilis, & intellectu utilis, &  
 modo omni cana. Hęc atque hoc genus alia  
 partim cum audiret à Diogene Crates, aliàs  
 sibi net ipse suggereret, deniq; in forū exilit,  
 rem familiarem abijcit, uelut onus stercoreis,  
 magis labori quàm usui. Dein cœtu facto  
 maximùm exclamat: Crates, inquit, Crates  
 te manumittes. Exinde non modò solus, ue-  
 rùm nudus & liber omnium, quoad uixit,  
 beatè uixit. Adeoq; is cupiebatur, ut uirgo  
 nobilis, spretis iunioribus ac ditiõribus pro-  
 cis, ultro eũ sibi optauerit. Cumq; inter sca-  
 pulum Crates retexisset, quod erat aucto  
 gibbere, peramq; cum baculo & pallium hu-  
 mi posuisset, eamq; supellectilem sibi esse  
 puellæ profiteretur, eamq; formam quam ui-  
 derat: proinde sedulò cõsuleret, ne post que-  
 rela eam caperet. enimuero Hipparche con-  
 ditionem accipit: Iamdudum sibi prouisum  
 fatis, & fatis consultum respondit, neque di-  
 tiorem maritum, neq; formosiozem uspiam  
 gentium posse inuenire. proinde duceret,  
 quò liberet. Dux Cynicus in porticũ ibidẽ,

*Crates pbic  
 lo/ophus.*

*Hipparche  
 Cratetem  
 amat.*



*Samos ins.**Miletus.*

in loco celebri, coram luce clarissima accen-  
 buit: coramq; uirginem imminuisset, paratâ  
 constantia, ni Zeno procinctu palliastri, cir-  
 cunstantis coronæ obtutu, magistrum in se-  
 creto defendisset. Samos Icario in mari mo-  
 dica insula est: ex aduersum Miletos, ad occi-  
 dentem eius sita, nec ab ea multò pelagi di-  
 spicitur. Vtrumuis clementer nauigantem,  
 dies alter in portu sistit. Ager frumento pi-  
 ger, aratro irritus, fecundior oliueto, nec ui-  
 nitori nec olitori scalpitur. Ruratio omnis in  
 sarculo & surculo: quorû puentu magis fru-  
 ctuosa insula est, quàm frugifera. Cæterum  
 & incolis frequens, & hospitibus celebrata.  
 Oppidum habet nequaquam pro gloria: sed  
 quod fuisse amplum, semiruta mœnium mul-  
 tifariam indicant. Enimuerò sanum Iunonis  
 antiquitùs famigeratum: id sanum secundo  
 littore, si rectè recordor, uiam uiginti haud  
 amplius stadia oppido abest. Ibi donarium  
 deæ perquam opulentum, plurima auri & ar-  
 genti ratio in lancibus, speculis, poculis, &  
 huiuscemodi utensilibus. Magna etiam uis  
 æris, uario effigiatu, ueterrimo & spectabili  
 opere. Vel † tamen ante aram Bathylli statua  
 à Polycrate tyranno dicata, qua nihil uideor  
 effectius cognouisse. Quidam Pythagorę eâ  
 falso existimant. Adolescens est, uisenda pul-  
 chritudine, crinibus, fronte parili separata,  
 per

*& inde*

per malas reuulsus. Ponè autem comaprolì  
 xior interlucentem ceruicem scapularum fi-  
 nibus obumbrat. Ceruix succi plena, malæ  
 uberes, genæ teretes, ac modico mento  
 † iaculatur, ei que prorsus citharædicus sta- † iaculatur.  
 tus, deam conspiciens canenti similis, tuni-  
 cam picturis uarietatam deorsus ad pedes  
 deiectus, ipsos Græcanico cingulo chlamy-  
 de uelat, utrunque brachium adusque arti-  
 culos palmarum. Cætera decoris instru-  
 mentis dependent. Cithara baltheo cælata,  
 apta structim sustinetur. manus eius tenera  
 procerulè læua distantibus digitis nervos  
 molitur. Dextra psallentis gestu † suo sabu- † pulsabulū.  
 lum citharæ admouet, ceu parata percutere.  
 Cum uox in cantico interquieuit, interim  
 eanticum uidetur ore tereti semihiantibus  
 in conatu labellis eliquare. Verùm hæc qui-  
 dem statua esto cuiuspiam puberum, qui  
 Polycrati tyranno dilectus, Anacreonta Te-  
 ium amicitia gratia cantillat. Cæterùm mul-  
 tum abest Pythagoræ philosophi statuam ef-  
 se, & natu Samius, & pulchritudine apprimè  
 insignis, & psallendi musicæque omnis mul-  
 tò doctissimus, ac fermè id æui quo Po-  
 lycrates Samum potiebatur. Sed haudqua-  
 quã philosophus tyranno dilectus est. Quip-  
 pe eo commodùm dominari orso, pro-  
 fugit ex insula clanculò Pythagoras, patre

Mefarcho nuper amisso : quem comperio  
inter sellularios artifices, gemmis faberrimè  
sculpendis, laudem magis quàm opem quæ-  
fisse. Sunt qui Pythagoram aiant eo tempo-  
ris inter captiuos Cambyfæ regis, Aegyptū  
cum adueheretur, doctores habuisse Persa-  
rum Magos, ac præcipuè Zoroastrem, omnis  
diuini arcanum antistitem, posteaq; eum à  
quodam Gillo Crotoniensium principe re-  
cuperatum. Verùm enimuerò celebrior fa-  
ma obtinet, sponte eum petisse Ægyptias di-  
sciplinas, atque ibi à sacerdotibus ceremo-  
niarum incredendas potentias, numerorum  
admirandas uices, geometriæ solertissimas  
formulas didicisse : sed nec his artibus animi  
expletum, mox Chaldæos, atque inde Bra-  
chmanas. Hi sapientes uiri sunt, Indiæ gens  
est: eorum ergo Brachmanum Gymnosophi-  
stas adisse. Chaldæi siderarum scientiam, nu-  
minum uagantium status, ambitus, utro-  
rumque uarios effectus in genituris hominū  
ostendère, nec non medendi remedia morta-  
libus, latis pecunijs, terra cœloq; & mari con-  
quisita. Brachmanæ autem pleraque philo-  
sophiæ eius contulerunt, quæ mentium do-  
cumenta, quàm corporum exercitamenta,  
quot partes animi, quot uices uitæ, quæ dijs  
manibus pro merito suo cuiq; tormenta uel  
præmia. Quinetiam Pherecydes \* Syrio ex  
insula

Brachma-  
nes.

Pherecydes  
Syrius.  
\* Syro.

insula oriundus, qui primus uersuum nexu  
 repudiato cōscribere ausus est, \* passim uer- \* passim  
 bis soluto loquutu, libera oratione. Eū quo-  
 que Pythagoras magistrum coluit, & infandi  
 morbi putredine in serpentium scabiem so-  
 lutum religiosè humauit. Fertur & penes  
 Anaximandrum Milesium naturabilia com-  
 mentatus. necnon & Cretensem Epimeni-  
 dem inclytum fatiloquum, & Platonem di-  
 sciplinæ gratia sectatus. Itemq; Leodaman-  
 tem, Creophili discipulum, qui Creophilus  
 memoratur poetæ Homeri hospes & æmu-  
 lator canendi fuisse. Tot ille doctoribus eru-  
 ditus, tot tamq̃ue multijugis comitibus di-  
 sciplinarum toto orbe haustis, uir præsertim  
 ingenio ingenti, ac profectò supra captum  
 hominis animi augustior, primus philoso-  
 phiæ nuncupator & creditor, nihil prius di-  
 scipulos suos docuit quàm tacere: primaq; *Pythagoria*  
 apud eum meditatio, sapienti futuro lingua *cū silentiū.*  
 omnem coercere: uerbaq; quæ uolantia po-  
 etæ appellant, ea uerba detractis pinnis, in-  
 tra murum candentium dentium premere.  
 Prorsus inquam hoc erat primum sapientiæ  
 rudimentum, meditari condiscere, loquitari  
 dediscere. Non in totum æuum tamen uoc-  
 cem desuescebant, nec omnes pari tempore  
 elingues magistrum sectabantur: sed graui-  
 oribus uiris breui spacio satis uidebatur ta-

citurnitas modificata. Loquaciores enim uero fermè in quinquennium uelut exilio uocis puniebantur. Porro noster Plato nihil ab hac secta, uel paululum deuius, Pythagorifiat. In plurimis æquè & ipse in nomen eius à magistris meis adoptatus, utrunque meditationibus Academicis didici: & cum dicto est opus, impigrè dicere: & cum tacito opus est, libenter tacere. Qua moderatione uideor ab omnibus tuis antecessoribus haud minus opportuni silentij laudem, quàm tempestiuæ uocis testimonium consecutus.

FLORIDORVM LIB. III.

**P**riusquam uobis occipiā, principes Augusti, gratias agere, ob statuam quam mihi præsentem honestè postulastis, & absentem benignè decreuistis: prius uolo causam uobis allegare, cur aliquam multos dies à conspectu auditorij abfuerim, contulerimq; me ad Persianas aquas, gratissima prorsus & sanis natabula, & ægris medicabula. Quippe ita institui omne uitæ meæ tempus uobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui: nihil tantulum faciam, quin eius uos & gnaros & iudices habeam. Quid igitur derepentino ab hoc splendidissimo conspectu uestro distulerim, exemplum eius rei paulò secus simillimum memorabo, quàm  
 impro-

improvisa pericula hominibus subito ob-  
 oriantur? De Philemone comico, de in- *Philemon*  
 genio eius qui satis nostis, de interitu pau- *comicus.*  
 cis cognoscite. An etiam de ingenio pauca  
 uultis? Poeta fuit hic Philemon, mediæ co-  
 mœdiæ scriptor: fabulas cum Menandro  
 in scena dictauit, certauitque cum eo, for-  
 tasse impar, certè æmulus. Namque eum &  
 uicit septennero, pudet dicere. Reperias ta-  
 men apud ipsum multos sales, argumenta le-  
 pidè inflexa, agnatos lucidè explicatos, per-  
 sonas rebus competentes, sententias uitæ  
 congruentes, loca non infra soccum, seria  
 non usque ad cothurnum: raræ apud il-  
 lum corruptelæ, & uti errores concessi a-  
 mores. Nec eo minus & leno periurus, &  
 amator feruidus, & seruulus callidus, &  
 amica illudens, & uxor inhibens, & mater  
 indulgens, & patruus obiurgator, & sode-  
 lis opitulator, & miles præliator. Sed &  
 parasi edaces, & parentes tenaces, & me-  
 retrices procaces. Hisce laudibus diu in  
 arte comœdica nobilis, fortè recitabat par-  
 tem fabulæ, quam recens fecerat. Cumque  
 iam tertio actu, quod genus in comœdia  
 fieri amat, iucundiores affectus moueret,  
 imber repentinò coortus, ita ut mihi ad  
 uos uenit usus nuperrimè, differri audi-  
 torij cœtum & auditionis cœptum coegit.

Relite

Reliquum tum uanis postulantibus, sine intermissione de incipiti die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominū frequentia conuenere, sese quisq; exaduersum quā proximè collocat. Serus adueniens amicus, annuit locum sessui: impertiunt, extimus quisque excuneati queruntur, facto toto theatro, ingens stipatio, occipiunt inter se queri. Qui non affuerant, percontari antè dicta: qui affuerant, recordari audita: cunctisq; iam prioribus gnaris, sequentia expectare. interim dies ire, neque Philemon ad condictum uenire. Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo sedetur, nec Philemon uspiam comparet, missi expromptioribus qui acciperent, atque eum in suo sibi lectulo mortuū offendunt. Commodū ille anima edita obriguerat. iacebatq; incubans toro, similis cogitanti. Adhuc manus uolumini implexa, adhuc os recto libro impressum: sed enim iam animæ uacuis, libri oblitus, & auditorij securus. Stetere paulisper qui introierant, percussi tam inopinatæ rei, tam formosæ mortis miraculo. Deinde regressi ad populum, renunciauere, Philemonem poetam, qui expectaretur, qui in theatro fictum argumentū finiret, iam domi ueram fabulam consummasse. Enimuerò iam dixisse rebus humanis

Vale-

*Philemonis  
interitus.*

Valere & plaudere: suis uerò familiaribus, dolere & plangere. Hesternum illi imbrem lachrymas auspicasse, comœdiam eius prius ad funebrem facem quàm ad nuptialem uenisse. Proin quoniam poeta optimus personam uitæ deposuerit, rectà de auditorio eius exequias eundem: legenda eius esse nunc ossa, mox carmina. Hæc ego ita facta, ut commemorauit, olim didiceram. Sed audies me, meo periculo recordatus. Nam ut meministis, profectò cum impedita esset imbri recitatio, in propinquum diem, uobis uolentibus, protuli, & quidem Philemonis exemplo: \* plenissimè quippe eodem die in palæ *penissimè* stra adeò uehementer talum inuerti, ut minimum abfuerim, quin articulum etiam à cruce defringerem: tamen articulus loco concessit, exq; eo luxu adhuc fluxus est: & iam dum eum ingenti plaga reconcilio, iamiam sudore affatim corpore diutile obrigui. Inde acerbus dolor intestinorum coortus, modicò antè sedatus est, quàm me denique uolentus exanimaret, & Philemonis ritu compelleret ante lethum abire, quàm lectum: potius implere fata quàm fanda, consummare potius animam quàm historiam. Cum primum igitur apud Persianas aquas, leni temperie, nec minus utili quàm blando fomento gressum recuperauit, nondum quidem ad in-

nitendum



nitendum idoneè; sed quantum ad uos festi-  
nanti satis uidebatur, ueniebam reditū quod  
pepigeram, cum interim uos mihi beneficio  
uestro non tantum clauditate dempsistis,  
uerū etiam pernicitatem addidistis: an  
non properandum mihi erat, ut pro eo ho-  
nore uobis multas gratias dicerem, pro quo  
nullas preces dixeram? Non quia magni-  
tudo Carthaginis mereatur etiam à philo-  
sopho precem pro honore: sed ut integrum  
& intemeratum uestrum esset beneficium,  
si nihil ex gratia eius petitio mea defregisset:  
id est, ut usquequaque esset gratuitum. Ne-  
que enim aut leui mercede emit qui preca-  
tur, aut paruum precium accipit qui roga-  
tur: adeo ut omnia utensilia emere potius  
uelis, quàm rogare. Id ego arbitror præci-  
puè in honore obseruandum: quem qui la-  
boriosè exorauerit, sibi debet unam gra-  
tiam quòd impetrarit. Qui uerò sine mole-  
stia ambitus adeptus est, duplam gratiam  
præbentibus debet: & quòd non petierit,  
& quòd acceperit. Duplam igitur gratiam  
uobis debeo: imò enim uerò multijugam,  
quam ubique equidem & semper prædica-  
bo. Sed nunc in præsentiarum libro isto  
ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut  
soleo, publicè protestabor. Certa est enim  
ratio, quæ debeat philosopho, ob decretam  
sibi

Floridorum Lib. III.

51

sibi publicè statuum, gratias agere : à qua paululum demutauit liber, quem Strabonis Aemiliani excellentissimus honor flagitat: quem librum sperabo me commodè polle conscribere: scitis eum hodie nobiscum probare. Est enim in studijs tantus ut præ nobilior sit proprio ingenio, quàm patricio consulatu. Quibus nam uerbis tibi Aemiliano Strabo, uir omnium qui unquam Numan-tiæ fuère, aut sunt, aut etiam erunt, inter optimos clarissime, & inter clarissimos optime, inter utrosq; doctissime, quibus tandem uerbis pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus es, commemoratu meo? qua digna ratione tam honorificam benignitatem tuam celebrem, qua remuneratione dicendæ gloriam tui facti æquiparem, nondum hercè reperio. Sed quæram sedulò, & connitar, Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. Nam nunc in præsentiarum ( neq; enim diffitebor ) læticia facundiæ obstrepit, & cogitatio uoluptate impeditur, ac mens occupata delectatione mauult in præsentiarum gaudere quàm prædicare. Quid faciã? Cupio gratus uideri: sed præ gaudio nondû mihi uacat gratias agere. Nemo me, nemo ex illis tristioribus uelit in isto uituperare, quòd honorem meû nō minus mereor, quàm intelligo: quod clarissimi & eruditissimi uiri tanto

Strabo Aemilianus.

testi-

testimonio exulto. quippe testimonium mihi perhibuit in curia Carthaginiensium, non minus splendidissima quàm benignissima, uir consularis: cui etiam notum esse tantummodo, summus honor est. Is etiam laudator mihi apud principes Africæ uiros quodammodo \* *adstitit*: modo \* *exitit*. Nam, ut compertior, nudius tertius libello misso, per quem postulabat locum celebrem statuæ meæ, cum primis commemorauit inter nos iura amicitiae ac commilitiae studiorum, eisdem magistris inchoata honestè: tunc postea uota mea omnia secundum dignitatis suæ gradus recognouit. Iam illud primum beneficium, quod discipulum se meminit. Ecce & hoc alterum beneficium, quod tantus se diligi ex pari prædicat. Quin & commemorauit, & alibi gentiū & ciuitatum honores mihi statuarum & alios decretos. Quid addi potest? Et hoc præconium uiri consularis. Imò etiam docuit argumento suscepti sacerdotij, summum mihi honorem Carthaginis adesse. Iam hoc præcipuum beneficium, ac longè ante cæteros excellens, quod me uobis locupletissimus testis suo etiam suffragio commendat. Ad summam pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurum: uir, cui omnes prouinciae quadrijuges & seiuges currus ubiq; gentiū ponere gratulantur. Quid igitur superest ad hono-

ad honoris mei tribunal & culmen, ad laudis  
meæ cumulum? Imò enim uerò quid super-  
est? Aemilianus Strabo uir consularis, breui  
uoce omnium futurus proconsul, sententiã  
de honoribus meis in curia Carthaginiensiu  
dixit: omnes eius auctoritatem secuti sunt.  
Nonne uidetur hoc uobis senatusconsultum  
esse? Quòd Carthaginienses omnes, qui in  
illa sanctissima curia aderant, tam libenter  
decreuerunt omnes locum statuere: ut illo  
scires iccirco alteram statuam, quantum spe-  
ro, insequentem curiam protulisse, ut salua  
ueneratione, salua reuerentia consularis sui,  
uiderentur factum eius non æmulati, sed se-  
cuti: id est, ut integro die beneficium ad me  
publicum perueniret. Cæterum meminerať  
optimi magistratus & beneuolentissimi prin-  
cipes, mandatum sibi à uobis quod uolebãt,  
id ego nescirem? haud prædicarem? ingra-  
tus essem? Quin etiã uniuerso ordini nostro,  
amplissimis erga me meritis, quantas maxi-  
mas possum gratias ago atque habeo, qui me  
in illa curia honestissimis acclamationibus  
decorauere, in qua curia uel nominari tan-  
tummodò summus honor est. Igitur quod  
difficile factu erat, quodq; reuera arduum no-  
bis existimabatur, gratum esse populo, pla-  
cere ordini, probari magistratibus & princi-  
pibus: id, præfusiue dixerim, iam quodam-  
modo

modo mihi obtigit. Quid igitur superest ad statuę meę honorem, nisi eris precium, & artificis ministerium? quę mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam defuere, ne in Carthagine desint, ubi splēdidissimus ordo etiā de rebus maioribus iudicare potius solet, q̄ computare. Sed de hoc tum ego perfectius, cū uos effectius. Quin etiā tibi Nobilitas senatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorū, mox ad dedicationem statuę meę, libro etiam conscripto, plenius gratias, cana- ciq; libro mandabo, uti per omnes prouincias eat: totoq; abhinc orbe, totoq; abhinc tempore, laudes benefacti tui ubiq; gentium semper annorū representet. Viderint, quibus mos est oggerere se & ociosis pręsidibus, ut impatientia linguę cōmendationem ingenij quærant, & affectata amicitię uestrę specie glorientur. Vtrūq; eius à me, Scipio Orfite, longē abest. Nam & quantulūcunq; ingeniū meum, iam pridem pro captu suo hominibus notius est, quā ut indigeat nouę commendationis. Et gratiam tuā, tuorumq; similibus malo, quā iacto: magisq; sum tantę amicitię cupitor, quā gloriator: quoniā cupere nemo, nisi uerē putet, potest. Potest autem quiuis falsō gloriari. Ad hoc ita semper ab ineunte quō bonas artes sedulō colui, eamq; existimationem morum ac studiorum cū in prouin-

In provincia nostra, tum etiam Romæ penes  
 amicos tuos quæsisse me, tute ipse locuple-  
 tissimus testis es: ut non minus uobis amici-  
 tia mea capeffenda sit, quàm mihi uestra est  
 concupiscenda. Quippe non promptè ueni-  
 am impertire, rarenter adeūdi assiduitatem  
 eius requirentis est: summumque argumen-  
 tum amoris, frequentibus delectari, cessan-  
 tibus obirasci, perseverantem celebrare, de-  
 finentem desiderare. Quoniam necesse est e-  
 iusdem esse, cuius angat absentia. Cæterum  
 uox cohibita silentio perpeti, non magis usu  
 merit, quàm nares grauedine oppletæ, aures  
 spiritu obseratæ, oculi albugine obducti.  
 Quid si manus manicis restringantur? Quid  
 si pedes pedicis coartentur? Iam rector no-  
 stri animus aut somno soluatur, aut uino  
 mergatur, aut morbo sepeliatur: profectò ut  
 gladius usu splendescit, situ rubiginat, ita  
 uox in uagina silentij condita diutino tor-  
 pore hebetatur. Desuetudo omnibus pigriti-  
 am, pigritia ueternū parit. Tragædi adeò  
 ni cotidie proclamant, claritudo arteriæ ob-  
 solescit. Igitur identidem boando purgât ra-  
 uim. Cæterum ipsius uocis hominis exercēdi  
 casus, labor superuacaneo studio plurifariam  
 superatur. Siq̄ dem uoce hoīs & tuba rudore  
 toruior, & lyra cōcētu uariator, & tibia que-  
 stu delectabilior, & fistula susurru iucūdior,

& buccina significatu longinquior. Mitto dicere mutorum animalium immediatos sonores, distinctis proprietatibus admirandos: ut est taurorum grauis mugitus, luporū acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hilaris hinnitus: nec non auiū instigati angores, nec non leonum indignati fremores, cæteræq; id genus uoces animalium truces ac liquidæ, quas infesta rabies uel propitia uoluptas cient. Pro quibus hominī uox diuinitus data, angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem mentibus, quam auribus delectationem. Quo magis celebrari debet frequentius usurpata, & quidem non nisi adiutorio tanto uiro præsidente. In hac excellenti celebritate multorum eruditorū, multorum benignorum, equidem etsi fidibus apprimè callerem, non nisi confertos homines consecrarem. In solitudine cantillauit Orpheus, in syluis inter delphines Arion.

*Orpheus.* Quippe, si fides fabulis, Orpheus exilio de-  
*Arion.* solatus, Arion nauigio præcipitatus. Ille immanium bestiarum delinitor, hic misericordium beluarum oblectator: ambo miserrimi cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessariò ad salutem nitebantur. eos ego impèsius admirarer, si hominibus potius quam bestijs placuissent. Auibus hæc secretaria, ut in quâ magis cōgruerint merulis, & luscinijs, & olori-

& oloribus. Et merulæ in remotis tesquis fringultiunt, lusciniæ in solitudine Africana canticum adolescentiæ garrunt, olores apud auios fluuios carmen senectæ meditantur. Enimuerò qui pueris & adolescentibus & senibus utile carmen prompturus est, is in medijs milibus hominum cantat: ita ut hoc meum de uirtutibus Orfici carmen est, seruum quidem fortasse, sed seruum: nec minus gratum quam utile Carthaginensium pueris, iuuenibus & senibus, quos indulgentia sua præcipuus omnium proconsul subleuauit, temperatoque desiderio & moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hilaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem Scipio, quoniam laudes tuas attingi, ne me in præsentiarum refrenes, uel tua generosa modestia, uel mea ingenua uerecundia. Sed nequeo, quin ex plurimis que in te meritissimo admiramur, ex his plurimis quin uel paucissima attingam. Vos ea mecum ciues, ab eo seruati, recognoscite.

## FLORIDORVM LIB. III.

**T**anta multitudo ad audiendum conuenistis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quòd tam multos eruditionis amicos habet: quàm excusare, quòd philosophus non recusauerim dissertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis frequètia collecta, & p magnitudine



tudine frequentia locus delectus est. Præterea in auditorio hoc genus spectari debet, non pavimenti marmoratio, nec proscenij contabulatio, nec scenæ columnatio, sed nec culminum eminentia, nec lacunarium refulgentia, nec sedilium circumferentia: nec quod hic aliàs minus hallucinatur, comædus sermocinatur, tragædus uociferatur, funereus periclitatur, præstigiator furatur, histrio gesticulatur, cæteriq; omnes ludiones ostentant populo quod cuiusq; artis est: sed istis omnibus superseisis, nihil amplius spectari debet, quam conuenientiũ ratio, & dicentis oratio. Quapropter ut poetæ solent, hic ibidem uarias ciuitates substituere, ut ille tragicus, qui in theatro dici solet, Liber qui augusta hæc loca Cithæronis colis: item ille comicus, qui paruam partem postulat Plautus loci, de nostris magnis atq; amœnis mœnibus, Athenas quos in architectis conferam: non secus & mihi licet nullam longinquam & transmari-  
nam ciuitatem hic, sed enim ipsius Carthagini-  
nis uel curiam uel bibliothecam substituere. Igitur proinde habetote, si curia digna pertu-  
lero, ut si in ipsa curia me audiatis: si erudita fuerint, ut si in bibliotheca legantur. Quo utinam mihi p̄ amplitudine auditorij proluxa oratio suppeteret: ac non hic maximè clauderet, ubi me facundissimum cuperem. Sed  
uerum

uerum uerbum est profectò, quod aiunt: Nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque læticia subsit quæpiam uel parua querimonia, coniugatione quadam mellis & fellis. Vbi uber, ibi tuber. Id ego cum in aliàs, tum etiam nunc in præsentiarum usu experior. Nam quanto uideor plura apud uos habere ad commendationem suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri cunctatior. Et qui penes extraneos sæpenumero promptissimè disceptaui, idem nunc penes meos hæsito, ac (mirum dictu) ipsis illecebris deterreor, & stimulis refrenor, & incitamenti cohibeor. At non multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quòd sum uobis nec lare alienus, nec pueritia + inuirsitas, nec magistris peregrinus, nec secta incognitus, nec uoce inauditus, nec libris illicitus, improbatúsue. Ita mihi & patria in concilio Africæ, id est uestro, & pueritia apud uos, & magistri uos. Et secta licet Athenis Atticis confirmata, tamen hic inchoata est: & uox mea utraque lingua iam uestris auribus ante proximū sexennium probè cognita. Quin & libri mei non alia ubiq; laude carius cēsentur, quòd iudicio uestro comprobatur, Hæc tanta ac totiuga inuitamenta

+ inuirsitas  
tms.

communia non minus uos ad audiendum  
 prolectant, quàm me ad dicendum retardât.  
 Faciliusq; laudes uestras alibi gentiũ, quàm  
 apud uos prædicarim: ita apud uos cuique  
 modestia obnoxia est, apud extraneos autè  
 ueritas libera semper adeò, & ubique. Vos  
 quippe ut parètes ac primos magistros meos  
 celebros, mercedemq; uobis rependo: non il-  
 lam quam Protagoras sophista pepigit, nec  
 accepit: sed quam Thales sapiens nec pepi-  
 git, & accepit. Video quid postuletis, utranq;  
 narrabo. Protagoras, qui sophista fuit lon-  
 gè multiscius, & cum primis rhetoricæ re-  
 pertoribus perfacundus, Democriti physici  
 ciuis æquæuus, inde ei suppeditata doctrina  
 est. Hunc Protagoram aiunt, cum suo sibi di-  
 scipulo Euathlo mercedem nimis uberem,  
 conditione temeraria pepigisse, ut sibi tum-  
 demum id argenti daret, si primo tyrocini-  
 agendi penes iudices uicisset. Igitur Eua-  
 thlus, postquã cuncta illa exorabula iudican-  
 tium, & decipula aduersantium, & artificia  
 dicentium, uersutus alioquin & ingeniatus  
 ad astutiam facilè perdidit, contentusque  
 scire quod concupierat, cœpit nolle quod pe-  
 pigerat, sed callidè nectendis moris frustrari  
 magistrum, diutileq; nec asserere uelle, nec  
 reddere, usque dum Protagoras eum ad iu-  
 dices prouocauit. Expositaq; conditione,  
 qua

*Protagore  
 cum Eua-  
 thlo con-  
 uertatis.*

qua docendum receperat anceps argumen-  
 tum, ambifariâ proposuit. Nam siue ego ui-  
 cero, inquit, soluere mercedem debebis, ut  
 condemnatus: seu tu uiceris, nihilominus  
 reddere debebis, ut pactus: quippe qui hanc  
 primam causam penes iudices uiceris. ita si  
 uincis, in conditionem incidisti: si uinceris,  
 in damnationem, quod quæris. Ratio con-  
 clusa iudicibus acriter & inuincibiliter uide-  
 batur. Enim uero Euathlus, utpote tanti ue-  
 teratoris perfectissimus discipulus, biceps il-  
 lud argumentum retorfit. Nam si ita est, in-  
 quit, neutro modo, quod petis, debeo. Aut  
 enim uinco, & iudicio dimittor: aut uincor,  
 & pacto absoluo, ex quo non debeo merce-  
 dē, si hac prima causa fuero penes iudices ui-  
 ctus. Ita me omni modo liberat, si uinco, con-  
 ditio: si uincor, sententia. Nonne uobis ui-  
 dentur hæc sophismatum argumenta, obuer-  
 sa inuicem, uice spinarum, quas uentus cum  
 uoluerit inter se coercere, paribus utrinq;  
 aculeis, simili penetratione, mutuo uulnere?  
 Atque ideo merces Protagoræ tam aspera,  
 tam senticosa, uersutis & auaris relinquenda  
 est: cui scilicet multo tanto præstat illa altera  
 merces, quam Thalem memorant suasisse.

Thales Milesius ex septem illis sapiētia me-  
 moratis uiris facile præcipuus: fuit enim ge-  
 ometricæ penes Graios primus repertor, &

*Thaletis in-  
 uenta.*

naturæ rerum certissimus explorator, & a-  
 strorum peritissimus cōtemplator, maximas  
 res paruis lineis reperit: temporū ambitus,  
 uentorū flatus, stellarum meatus, tonitruum  
 sonora miracula, siderum obliqua curricula,  
 solis annua reuerticula. Idem lunæ uel na-  
 scentis incrementa, uel senescentis dispen-  
 dia, uel delinquentis obstacula. Idem fan-  
 iam procliui senectute diuinam rationem  
 de sole commentus est: quam equidem non  
 didici modò, uerùm etiam experiundo com-  
 probaui: quotiens sol magnitudine sua cir-  
 culum, quem permeat, metiatur. id à se recēs  
 inuentū Thales memoratur edocuisse Man-  
 draytum Priennensem, qui noua & inopi-  
 nata cognitione impenditio delectatus, opa-  
 re iussit, quantam uellet mercedem sibi pro  
 tanto documento rependi. Satis, inquit, mi-  
 hi fuerit mercedis, Thales sapiens, si id quod  
 à me didicisti, cum proferre ad quospiam co-  
 peris, tibi non adsciueris, sed eius inuenti me  
 potius quàm aliam repertorem prædicaueris.  
 Pulchra merces profum, ac tali uiro di-  
 gna, & perpetua. Nam & in hodiernum, ac  
 dehinc semper, Thali ea merces persoluetur  
 ab omnibus nobis, qui eius cœlestia studia  
 uerè cognouimus. Hanc ego uobis merce-  
 dem Carthaginenses ubique gentiū depen-  
 do pro disciplinis, quas in pueritia sum apud

*Mandray-  
tus.*

*omnis ad  
allus.*

uos adeptus. Ubique enim me uestræ ciuitatis alumnum fero, ubique uos omnimodis laudibus celebros, uestras disciplinas studiofus percolo, uestras opeis gloriosius prædico, uestros etiam deos religiosius ueneror. Et nunc quoque igitur principium mihi apud uestras aureis auspiciatissimum ab Aesculapio deo capiam, qui arcem nostræ Carthaginis indubitabili numine propitius respicit. Eius dei hymnū Græco & Latino carmine uobis occinam, iam illi à me dedicatū. Sum enim nō ignotus illius agricola, nec recens cultor, nec ingratus antistes: ac iam & prorsā & uorsā faciūdia ueneratus sum, ita ut etiam nūc hymnū eius utraq; lingua canam: cui dialogū similiter Græcū & Latinū prætexui, in quo sermocinabuntur Sauidius Seuerus & Iulius Persius, uiri & inter se mutuō, & nobis, & utilitatibus publicis meritō amicissimi, doctrina & eloquētia & beneuolentia paribus: incertū modestia quietiores, an industria promptiores, an honoribus clariores. Quibus cum sit summa concordia, tamē hæc sola æmulatio, & in hoc unum certamen est, uter eorum magis Carthaginem diligat: atque summis medullitis uiribus contendunt ambo, uincitur neuter. Eorum ego sermonem ratus & uobis auditu gratissimū, & mihi compositē congruentem: & dedi-

catur

*Asclepiades.*

catur religio summo in principio libri ratio  
 quendam ex his qui mihi Athenis condidi-  
 cere percōtari à Persio Græcè, quæ ego pri-  
 die in templo Aesculapij disseruerim : paula-  
 timq; illis Seuerum adiungo, cui interim Ro-  
 manæ linguæ parteis dedi. Nam & Persius,  
 quamuis & ipse optimè Latinè possit, tamen  
 hodie uobis Atticissabit. Asclepiades ille  
 inter præcipuos medicorum, si unum Hip-  
 pocratem excipias, cæteris princeps, primus  
 etiam uino reperit ægris opitulari : sed dan-  
 do scilicet in tempore. cuius rei obseruatio-  
 nem probè callebat : ut qui diligentissimè  
 animaduerteteret uenarum pulsus incōditos,  
 uel præclaros. Is igitur cum fortè in ciuitatè  
 sese reciperet, & rure suo suburbano rediret,  
 aspexit in pomerijs ciuitatis funus ingens lo-  
 catum, plurimos homines ingenti multitu-  
 dine qui exequias uenerant circumstare, om-  
 nis tristissimos & obsoletissimos uestitu.  
 Propius accessit, ut incognosceret more in-  
 genij, quis nam esset? quoniam percontanti  
 nemo responderat : at uerò ut ipse aliquid in  
 illo ex arte reprehenderet. Certè quidem ia-  
 centi homini, ac propè deposito fatum attu-  
 lit. Iam miseri illius membra omnia aroma-  
 tis perspersa, iam os ipsius unguine odoro de-  
 libutum, iam eum pollinctum, iam cœnæ pa-  
 ratum : contemplatus enim diligentissimè,  
 quibus

quibusdam signis animaduertit, etiam atque etiam pertractauit corpus hominis, & inuenit in illo uitam latentem: confestim exclamauit, uiuere hominem: procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur, rogam demolirentur, cœnam feralem à tumulo ad mensam referrēt. Murmur interea exortum, partim medico credendum dicere, partim etiam irridere medicinam. Postremò propinquus etiam hominibus inuitis, quod ne iam ipsi hœreditatem habebant, an quòd adhuc illi fidem non habebant, ægrè tamen ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atque ita uespillonum manibus extortum, uelut ab inferis postliminio domum retulit, confestimq; spiritum recreauit: confestim animam in corporis latibulis delitescentem, quibusdã medicamentis prouocauit. Sapiētis uiri super mensam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad insaniam. Verumenimvero Musarum cratera uersa uice quanto crebrior, quantoq; ineracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera literatoris ruditatem eximit, secunda grammatici doctrina instruit, tertia rhetoris eloquentia armat. Hactenus à plerisque potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi, poeticæ commentam, geom



geometricæ limpida: musicæ dulcem, dia-  
 lecticæ † amarulam. Iam uero \* uniuersitas  
 † austerus  
 lam. philosophiæ, inexplebilem scilicet nectariâ  
 \* uniuersas. Canit enim Empedocles carmina, Plato dia-  
 logos, Socrates hymnos, Epicharmus mo-  
 dos, Xenophon historias, Xenocrates satyr-  
 ras, Apuleius noster hæc omnia: nouemque  
 Musas pari studio colit, maiore scilicet uolu-  
 tate quam facultate. Eoq; propensius fortal-  
 sis laudandus est, quod omnibus bonis in re-  
 bus, conatus in laude, effectus in casu est. Ita  
 ut cõtrâ in maleficijs, etiam cogitata scelera,  
 nõ perfecta adhuc, uindicatur, cruenta men-  
 te, pura manu. Ergo sicut ad pœnam sufficit  
 meditari puniendam, sic & ad laudem satis  
 est conari prædicanda. Quæ autem maios  
 laus, aut certior, quam Carthagini bene-  
 dicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, pe-  
 nes quos omnem disciplinam pueri discunt,  
 iuuenes ostentant, senes docent? Carthago  
 prouinciæ nostræ magistra uenerabilis, Car-  
 thago Africae Musa cœlestis, Carthago Ca-  
 mœna togatorum. Habet interdum & neces-  
 saria festinatio honestas moras, sæpe uti ma-  
 lis interpellatam uoluntatem. Quippe & il-  
 lis, quibus curriculo confecta uia opus est,  
 adeo ut præoptent pendere equo, quam  
 carpento sedere, propter molestias sarcina-  
 rum, & pondera uehiculorum, & moras or-  
 bium,

Floridorum Lib. IIII. 47

bium, & salebras orbitarum, adde & lapidum  
 globos, & caudicum toros, & camporum ri-  
 uos, & collium cliuos. Hisce igitur moramen-  
 tis omnibus qui uolunt deuitari, aduecto-  
 rem sibimet equum deligunt diutinæ forti-  
 tudinis, uiuacis pernicitatis: idem & ferre ua-  
 lidum, & ire rapidum, qui campos collesq;  
 gradu perlabitur. Imò, ut ait Lucilius, tum  
 cum eo equo per uiam concito peruolant: si  
 quem interea conspiciantur ex principali-  
 bus uiris nobilem hominem, bene consultū,  
 bene cognitum, quanquam oppidò festināt,  
 tamen honoris eius gratia cohibent cursum,  
 releuant gradum, retardant equum, & illico  
 in pedes desiliunt, fruticem, quem uerberan-  
 do equo gestant, eam uirgam in læuam ma-  
 num transferunt. Itaque expedita dextra  
 adeunt, † auscultant: & si diutulè ille quippi-  
 am percontetur, ambulant diutulè, & fa-  
 bulantur. Denique quantumuis moræ in of-  
 ficio libèter insumunt. Crates ille, Diogenis  
 sectator, qui ut lar familiaris apud homines  
 ætatis suæ Athenis cultus est, nulla domus  
 ei unquā clausa erat: nec erat patrisfamilias  
 tam absconditum secretum, quin eò tempe-  
 stiue Crates interueniret, litium omnium  
 & iurgiorum inter propinquos disceptator  
 atque arbiter. Quod Herculem olim poetæ  
 memorant, monstra illa immania hominum  
 ac ferarum

† ac salutata.

Crates.

Hercules  
 philosophus.

ac ferarum uirtute subegisse, orbemq; terræ  
 purgasse, similiter aduersum iracundiam &  
 inuidiam, atque auariciam atque libidinem,  
 cæteraq; animi humani monstra & flagitia  
 Philosophus iste Hercules fuit, eas omnibus  
 pestes mentibus exegit, familias purgauit,  
 malitiam perdomuit, seminudus & ipse, &  
 claua insignis: etiam Thebis oriundus, unde  
 Herculem fuisse memoria extat. Igitur prius  
 quâ planè Crates factus, inter procures The-  
 banos numeratus est, lectû genus, frequens  
 famulitium, domus amplo ornata uestibulo,  
 ipse bene uestitus, bene prædiatus: post, ubi  
 intellexit nullum sibi uitæ famulare præfidiû  
 legatum, quo fretus ætatem agat, omnia flu-  
 xa infirmaq; esse, quicquid sub cælo diuitia-  
 rum est, eas omnibus ad bene uiuendum non  
 quicquam esse: sicuti nauem bonam fabrefa-  
 ctam, bene intrinsecus compactam, & extrin-  
 secus eleganter depictam, mobili clauo, fir-  
 mis rudentibus, procero malo, insigni car-  
 chesio, splendentibus uelis, postremo omni-  
 bus armamētis idoneis ad usum, & honestis  
 ad contemplationem. Eam nauem si aut gu-  
 bernator non agat, aut tempestas agat, ut fa-  
 cile cum illis egregijs instrumentis aut pro-  
 funda hauserint, aut scopuli comminuerint.  
 Sed & medici cum intrauerint ad ægrum uti-  
 uisant, & nemo eorum quòd tabulina per-  
 pulchra

pulchra in ædibus cernant, & lacunaria auro oblita, & gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes, ægrū iubet uti sit animo bono: sed ubi iuxtim con- sedit, manum hominis præhendit, eam per- tractat, uenarum pulsum & momēta captat, si quid illic turbatum atque inconditum of- fendit, illi renunciat, malè morbo haberi. Di- ues ille cibo interdicitur, ea die in sua sibi co- piofa domo panem non accipit: cum interea totum eius seruitium hilares sunt, atq; epu- lantur. Nec in ea re quicquā efficit cōditione.

L ▶ APVLEII MA-  
DAVRENSIS PHILOSOPHI PLA-  
tonici, De dogmate Platonis

Liber unus.



**P**LATONI habitudo corporis *Plato prius*  
cognomētum dedit. namq; *Aristocles.* Aris-  
tocles prius nominatus: Aristo  
ei fuisse pater dictus est. Cæte-  
rū Perictione Glauci filia ma-  
ter fuit, & de utroque nobilitas satis clara.  
Nam Aristo pater per Codrum, ab ipso Ne- *Aristo:*  
ptuno originem duxit. Ab Solone sapientif-  
simo, qui legum Atticarum fundator fuit,  
maternus deriuatus est sanguis. Sunt qui  
Platonem augustiore conceptu profatū di-  
cunt:

d d d

cunt:

cunt. Cum quidem Apollinis figuratio Per-  
 riptione se miscuisset. Mense etiã qui apud At-  
 ricos Thargilion dicitur, natus est, die qua a-  
 pud Delon Latona fertur Apollinẽ Dianãq;  
 peperisse. Pridie Socratẽ genitũ accepimus.  
 Somnium etiam Socratis circumferunt, nam  
 uidisse sibi uisum esse cygni pullum ex altari,  
 quod in academia Cupidini cõsecratum est,  
 uolasse, & in eius gremio resedisse: & postea  
 olorem illum pennis cœlum petisse, canore  
 musico auditus hominũ deorumq; mulcen-  
 tem. Cum hoc ergo Socrates in conuentum  
 hominum referret, Aristo Platonem pue-  
 rum oblaturus Socrati magistro commo-  
 dũ prosequeretur. Quem ubi aspexit ille,  
 ingeniumq; intimum de exteriori conspi-  
 catus est facie: Hic ille erat amici, inquit, de  
 Academia Cupidinis cygnus. Talis igitur, ac  
 de talibus Plato, non solum heroum uir-  
 tutibus præstitit, uerũ etiam æquipara-  
 uit diuũ potestatibus. Nam Speusippus  
 domesticis instructus documentis, pueri e-  
 ius in ære partiendo ingenium, & admiran-  
 dæ uerecundiæ indolem laudat, & pube-  
 scentis primitias labore atque amore stu-  
 dendu imbutas refert, & in uiro harum in-  
 crementa uirtutum & cæterarum conue-  
 nisse testatur. Ex ijsdem genitoribus Glaucõ  
 & Adimanthus ei fratres fuerunt. Doctorem  
 habuit

habuit in prima literatura Dionysium, at in *Platonis*  
 palestra Aristonem Argis oriundum. *Tan-praecepto*  
 tosque progressus exercitatio contulit ei, ut *res.*  
 Pythia & Isthmia de lucta certauerit: picturę  
 non aspernatus artem, Tragœdis & dithy-  
 rambis se utilem finxit. Iamque carminum  
 confidentia elatus, certatorem se profiteri  
 cupiebat: nisi Socrates humilitatem cupi-  
 dinis ex eius mentibus expulisset, & uerę  
 laudis gloriam in eius animum inferere cu-  
 rasset. Et antea quidem Heracliti secta fue-  
 rat imbutus. Verum cum se Socrati dedisset,  
 non solum ingenio atque doctrina ceteros  
 Socraticos uicit, uerum etiam labore & ele-  
 gantia illustrauit. Sapientiam ab eo sibi tra-  
 ditam labore quoque asserere nisus est, & ele-  
 gantia, per quam uenustate & maiestate uer-  
 borum plurimum adhibuit dignitatis. Sed po-  
 steaquam Socrates homines reliquit, quæsi-  
 uit unde proficeret, & ad Pythagorę discipli-  
 nam se contulit. Quam, etsi ratione diligenti  
 & magnifica instructam uidebat, rerum ta-  
 men continentiam & castitatem magis cu-  
 piebat imitari. & quod Pythagoreorū inge-  
 nium adiutum alijs disciplinis sentiebat, ad  
 Theodorum Cyrenas, ut geometriam disce-  
 ret, est profectus: & astrologiam adusque Æ-  
 gyptum iuit petitum, ut inde prophetarum etiã  
 ritus addisceret. Et ad Italiam iterum uenit

92 L. Apuleij de dogmate

& Pythagoreos Eurytum Tarentinum & se-  
 niorem Archytam sectatus, atque ad Indos  
 & Magos intendisset animum, nisi eum bel-  
 la tunc uetuisent Asiatica. Quapropter in-  
 uenta Parmenidis ac Zenonis studiosius exe-  
 cutus, ita omnibus quæ admirationi sunt  
 singula suos libros expleuit, ut primus tri-  
 partitam philosophiam copularit, sibiq; in-  
 uicem necessarias parteis neque pugnare in-  
 ter se tantummodo, sed etiam mutuis adiu-  
 uare auxilijs ostenderit. Nam quanuis de di-  
 uersis officinis hæc ei essent philosophiæ mē-  
 bra suscepta, naturalis ab Heraclitæis, intel-  
 lectualis à Pythagoreis, rationalis atque mó-  
 ralis ab ipso Socratis fonte: unum tamen ex  
 omnibus, & quasi propriij partus corpus ef-  
 fecit. Et cum principes harum familiarum  
 impolitas sententias, & incomptas auditori-  
 bus tradidissent, eas hic, cùm oratione liman-  
 do, tum ad orationis augustæ honestissimam  
 speciem deducendo, perfectas atque etiam  
 admirabiles fecit. Multi auditorum eius u-  
 triusque sexus in philosophia floruerunt. Pa-  
 trimoniū in hortulo, qui Academiæ iunctus  
 fuit, & in duobus ministris, & in patera qua  
 dijs supplicabat, reliquit. Auri tantum, quan-  
 tum puer nobilitatis insigne in auricula ge-  
 stauit. Cæterum tres eius ad Siciliã aduen-  
 tus, mali quidam carpunt, diuersis opinio-  
 nibus

Platonis in  
 Siciliam pes-  
 regrinas-  
 tiones.

nibus differentes. Sed ille primò historiæ gratia, ut naturam Aetnæ, & incendia concaui montis intelligeret: secundò, petitu Dionysij, ut Syracusanis assisteret, profectus est, & ut municipaleis leges eius prouinciæ disceret: tertius eius aduentus fugientem Dionem, impetrata à Dionysio uenia, patriæ suæ reddidit. Quæ autem consulta ( quæ dogmata Græcè licet dici ) ad utilitatem hominum, uiuendiq; & intelligendi & loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit, nos quoq; separatim dicemus de singulis, à naturali philosophia facientes exordium. Initia rerum esse tria arbitratur Plato, deum, & materiam, rerumq; formas: quas ideas idem uocat, inabsolutas, informes, nulla specie uel qualitatis significatione distinctas. Sed hæc de Deo sentit, quòd sit incorporeus. Is unus, ait, aperimetros, genitor, rerumq; omnium extortor, beatus & beatificus, optimus, nihil indigens, ipse cõferens cuncta. Quem quidem cœlestem pronunciant, indictum, innominabilem, & ( ut ait ipse ) + ἀόρατον, ἀκατανόμαστον. Cuius naturam inuenire difficile est: si inuēta sit, in multis eam enunciari non posse. Platonis hæc uerba sunt: *θεὸν ἰνὸν ἄν ἄν οὐκ ἔστιν ἔστιν, οὐκ ἔστιν ἔστιν ἔστιν.* id est, Deū quidē inuenisse haud facile est,

Rerum initia tria.

Deus.

ἀόρατον, ἀκατανόμαστον.



## 54 L. Apuleij de dogmate

*Materia.* intellexisse autem impossibile. Materiã uerò improcreabilem, incorruptãq; cõmemorati non ignem, neq; aquã, nec aliud de principijs absolutis elementis esse: sed ex omnibus primam figurarum capacem, factionique subiectam, adhuc rudem, & figurationis qualitate uiduãtã, Deus artifex cõformat uniuersam. Infinitam uerò iccirco, quòd ei sit interminata magnitudo. Nã quod infinitũ est, indistinctum magnitudinis habet finem: atque ideo, cum uiduata sit fine, infimibilis rectè uideri potest. Sed neq; corpoream, neque sanò incorpoream esse concedit. Ideo aut non putat corpus, quòd omne corpus specie qualicumq; non careat. Sine corpore uerò esse nõ potest dicere, quia nihil incorporale corpus exhibeat, sed ui & ratione sibi eam uideri corpoream. Atque ideo nec actu solo, neque tamen sola opinione cognitionis intelligi. Namque corporea propter insignem euidentiã sui, simili iudicio cognosci. Sed quę substantiam non habent corpoream, cogitationibus uideri: unde adulterata opinione, ambigam materię huius intelligi qualitate.

*Idea.* Ideas uerò, id est formas omnium simplices & æternas esse, nec corporales tamẽ. Esse autem ex ijs quę Deus sumpserit, exempla rerum quę sunt, erunt ue: nec posse amplius quàm singularum specierum singulas imagines

gines in exemplaribus inueniri, gignentiuq;  
 omnium ad instar cæarum formas & significa-  
 tiones ex illa exemplorū figuratiōe signari.  
*tas uarias*, quas essentias dicimus, duas esse  
 ait, per quas cuncta gignantur, mundusque  
 ipse: quarum una, cogitatione sola concipi-  
 tur: altera, sensibus subijci potest. Sed illa  
 quæ mentis oculis comprehenditur, semper  
 & eodem modo & sui par, & sui similis inue-  
 nitur, ut quæ uerè sit. Etenim altera opinio-  
 ne sensibili & irrationabili æstimanda est,  
 quam nasci & interire ait: & sicut superior  
 uerè esse memoratur, hanc uerè non esse  
 possumus dicere. Et primæ quidem sub-  
 stantiæ uel essentiæ primùm Deum esse, &  
 mentem, formasque rerum, & animam. Se-  
 cundæ substantiæ, omnia quæ informantur,  
 quæque gignantur, & quæ ab substantiæ su-  
 perioris exemplo originem ducunt, quæ  
 mutari & conuerti possunt, labentia, & ad  
 instar fluminum profuga adhuc illa, quam  
 dixi, intelligendi substantia, quoniam con-  
 stanti nititur robore: & quæ de ea disputa-  
 tantur, ratione stabili & fide plena sunt.  
 At huius quæ ueluti umbra & imago est supe-  
 rioris, rationes quoque & uerba, quæ de ea  
 disputantur, in cōstanti sunt disciplina. Initiū  
 omnium corporū materiā esse memorauit.  
 Hanc & signari impressione formarum. Hinc

Prima ele-  
menta.

prima elementa esse progenita, ignem & aquam, terram & aera. Quæ si elementa sunt, simplicia esse debent, neque ad instar syllabarum nexu mutuo copulari. Quæ istis evenit, quarum substantia multimoda potestate, commixtione conficitur. Quæ cum ordinata, permixtaq; essent, ab illo ædificatore mûdi Deo ad ordinem, numeris & mensuris in ambitum deducta sunt. Hæc è plurimis elementis ad unū redacta esse: & ignem quidem & aera & aquam habere principium ex trigono, quæ sit anguli recti, non paribus angulis. Et prioris quidem formæ tres species existere: pyramidem, & octangulum, & vigesiesangulam sphæram, non paribus. Terram uerò, directis quidem angulis, trigonis, & uestigijs paribus esse. Et prioris quidem formæ tres species existere, pyramidem, octangulam, & uigintiangulam. Sphæram & pyramidem figurâ ignis in se habere, octangulam uerò aeris, angulatam uicies sphæram aquæ dicatam esse. equipedum uerò trigonū efficere ex sese quadratum. Quadratum uerò cubum, quæ terræ sit propria. Quapropter mobilem pyramidis formâ igni dedit, quòd eius celeritas agitationi uideatur esse consimilis. Secundæ uelocitatis octangula sphæra est. Hanc aeri detulit, qui leuitate & pernicitate post ignem secundus esset. Vigesimalis sphæra

sphæra est loco tertio. Huius forma fluida & uolubilis, & aquæ similior est uisa. Restat tesserarum figura: quæ cum sit immobilis, terræ constantiam non absurdè sortita est. Et alia initia inueniri forsitan posse, aut quæ Deo nota sunt, uel ei qui sit dijs amicus. Sic de primis elementis igni & aqua, cæterisq; & illa constare particulatim animalium & inanimantium corpora, mundumq; omnem ex omni aqua, totoq; igni & aeris uniuersitate, cunctaq; terra esse factum: & non solum nullam horum partem extra orbem relinqui, sed nihil quidè eius & extrinsecus inueniri. Hæc autem inuicem ex se apta & connexa esse. Idcircoq; in igne atque in terra, & aqua & aere esse situs. Et sicut ignis aeris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur. Hinc unum esse mundum, & in eo omnia, nec relictum esse locum: neque elementa superesse, ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei perpetua iuuentus, & inuiolata ualetudo. Eoq; nihil præterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium: etsi superesset, non eum læderet, cum ita apud se ex omni parte compositus atque ordinatus foret, ut aduersantia & contrariæ naturæ, disciplinaq; eius officere non possent. Idcirco autem perfectissimo & pulcherrimo mundo

Mundus  
unus.

## 58 L. Apuleij de dogmate

instar pulchræ & perfectę sphæræ à fabricatore Deo quæsitum est, ut sit nihil indigen-  
 sed operiens omnia, coercensq; contineat  
 pulcher & admirabilis, suiq; similis, sibiq; re-  
 spondens. Hinc illi & septem motus locorū  
 habeatur, progressus & retrocessus, dextero  
 ris ac sinistri, sursum & deorsum nitentium,  
 & quæ in gyrum circuitumque torquentur.  
 Hæc una mundo relicta est sapientia & pru-  
 dentia propria, ut rationabiliter uolueretur.  
 Et hunc quidem mundū nunc sine initio esse  
 dicit: aliās originem habere, natumque esse.  
 Nullum aut̄ eius exordium atq; initium esse,  
 ideo quòd semper fuerit. Natiuum uerò ui-  
 deri, quòd ex his totius natura & substantia  
 constet, quæ nascendi sortitæ sunt qualitatē.  
 Hinc & tangitur & uidetur, sensibusq; corpo-  
 ris est obuius. Sed quod ei nascendi causam  
 Deus præstitit, ideo immortalis est semper  
 futurus. Animam uerò animantium omni-  
 um nō corporeā esse, nec sanè perituram cū  
 corpore fuerit absoluta, omniq; gignentium  
 esse seniorē, atque ideo & imperare & regere  
 ea quorum curā fuerit diligentiamq; secuta,  
 ipsamq; semper & per se moueri, agitatricem  
 aliorum, quæ natura sui immota sunt atq; pi-  
 gra. Sed illam cœlestem animam, fontem ani-  
 marum omnium optimam & sapientissimā  
 uirtutē esse genitricē, subseruire fabricatori  
 Deo,

Deo, & præstò esse ad omnia inuenta eius annunciat. Verum substantiam mentis eius numeris & modis confici congeminitatis ac multiplicatis argumētis, incremētisq; per se & extrinsecus partis. & hinc fieri, ut Musica mundus, & canore moueatur. Naturasq; rerū binas esse, & earum alteram esse quæ ueniat in mentem, quam quidem *διξασιν*, id est opinabilem appellat ille, & quæ uideri oculis & attingi manu possit: alteram cogitabilem, & intelligibilem. (detur enim uenia nouitati uerborū, rerū obscuritatib. seruianti:) & superiorē quidē partem mutabilem esse, ac facilem contuenti: hanc autem, quæ mentis acie uidetur, & penetrabili cogitatione percipitur atq; cōspicitur, incorruptā, immutabilem, constantem, eandemq; & semper esse.

Hinc & duplicem rationē, interpretationēq; dicit. Nāq; illa uisibilis, fortuita & muta, per seueranti suspicione colligitur: at hæc intelligibilis, uera, perenni & constanti ratione probatur esse. Tempus uerò æui esse imaginem: siquidem tēpus mouetur, & perennitas fixa & immota est natura: & ire in eam tempus, & in eius magnitudinē finiri ac dissolui posse. si quando hoc decreuerit fabricator mūdi Deus. Eiusdē tēporis spacijs mēsuras mundanæ conuersationis intelligi. Solis quippe & Lunæ globū hoc facere, cæterasq; stellas,

Duplices res  
rū natura.

Duplex ratio.

Tempus.

60 L. Apuleij de dogmate

stellas, quas rectè erroneas & uagas dicimus  
 nostræ enim super earum cursibus opinio-  
 nes, disputationesq; , possunt in errorem in-  
 tellectum inducere. Cæterùm ille rerum or-  
 dinator ita reuersiones earum, ortus, obitus,  
 recessus, moras, progressusq; constituit, ut  
 ne modico quidem errori locus esset. Dies  
 quippe cum noctibus mensium spacia com-  
 plere, menses uicissim annorum orbis inuol-  
 uunt: nec prius, quàm signa hæc in lucem  
 ardere cœperunt, iniri potuerunt temporum  
 numeri. Perituram esse obseruationem com-  
 putationis huius, si hic olim chorus anti-  
 quus steterit: namq; , ut mensuræ & reuersi-  
 ones temporum noscerentur, circuitusque  
 mundi uideretur, solis intensa sunt lumina.  
 uicissim ut quies desiderata proueniret ani-  
 mantibus, opacitas est inuenta noctis: men-  
 sesq; effici, cum luna circuli sui cōpleto cur-  
 riculo, ad eundem locum à quo discesserit re-  
 uertatur: anni uerò spacia concludi, cum sol  
 quadrimas temporum contigerit uices, & ad  
 idem signum fuerit inuectus. Horum enume-  
 ratio in se reuertentium, & à se proficiscen-  
 tium, intellectu cogitationis inuenit. Esse au-  
 tem stellarum nihilominus certos ambitus,  
 legitimis curriculis perpetuò seruatis, quos  
 uix hominum solertia comprehendit. Un-  
 de fit ut & Magnus ille uocitatus annus,  
 facile

Diei & no-  
ctis ratio.

Menses.  
Anni.

Annus mas-  
gnus.

facile noscatur: cuius tempus implebitur, cum uagantium stellarum comitatus ad eundem peruenerit finem, nouumque sibi exordium & itinera per uias mundi reparauerit. Globorum uerò cœlestium inter se nexorum per uices mutuas, omnium supremum esse eum, qui inerrabili meatu cœsetur: eius amplexu ceteros coerceri. Et esse *ἀναρῶν* primum ordinem, secundum Saturno datū, Ioui tertium, Martem quartum tenere, quintum Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incedi, octauū meriti Lunam. Exinde elementis omnia ac principijs occupari. Ignem autem alijs superiorem esse, mox aeris locum: hinc aquæ proximum: & tunc globum terræ in medio situm æqualem loco, ac figura immobilem stare. Hos astrorum ignes sphaeris affixos, perpetuis atque indefessis cursibus labi: & hos animales deos dicit esse. Sphaerarum uerò ingenium ex igne coalitum & fabricatum. Iam ipsa animantium genera in treis species diuiduntur: quarum una est ex natura ignis eiusmodi, qualem Solem & Lunam uidemus, ceterasque siderum stellas: alterū ex aëria qualitate, hanc esse dæmonum dicit: tertium ex aqua terraque coalescere, & mortale genus corporum ex eo diuidi, terrenum atque terrestre, sic enim *† χοῖνὰ* censuit nominanda: *† χερσίνης* terrenum.

*Sphaerarum  
cœlestium  
fusus.*

*Elementorum  
dispositio.*

*Animantium  
genera.*

terrenum



## 62 L. Apuleij de dogmate

terrenumq; esse arborū, ceterarumq; frugū  
 quæ humi fixæ uitam trahunt. Terrestria ue-  
 rò, quæ alit ac sustinet tellus. Deorum tri-  
 nas nūcupat species: quorū est unus summus,  
 primus & solus ille ultramundanus, in corpore  
 reus, quā patrē & architectū huius diui orbis  
 superius ostendimus. Aliud genus est, quales  
 astra habēt, cæteraq; numina, quos cælicolas  
 uocamus. Tertium habēt, quos medioximos  
 Romani ueteres appellant, quod ex sui ratio-  
 ne & loco & potestate dijs summis sunt mi-  
 nores, hominum natura profectō maiores.  
 Sed omnia quæ naturaliter & propterea re-  
 ſeruntur, prouidentiaē custodia guber-  
 nantur, nec ullius mali causa Deo poterit as-  
 cribi. Quare + hæc omnia ad fati sortem ar-  
 bitrantur esse ferenda. Ita enim definit, prou-  
 dentiam esse diuinam sententiam, cōseruati-  
 cem prosperitatis eius, cuius causa tale susci-  
 pit officium. Diuinam legem esse fatum, per  
 quod inuitabileis cogitationes Dei, atque  
 incepta complentur. Vnde si quid prouiden-  
 tia agitur, id agitur etiam fato: & quod fato  
 terminatur, prouidentia debet susceptum  
 uideri. Et primam quidem prouidentiam esse  
 se summi exuperantissimiq; Deorum omni-  
 um, qui non solum deos cælicolas ordina-  
 uit, quos ad tutelā & decus per omnia mun-  
 di mēbra dispersit, sed natura etiā mortales  
 deos

Deorum  
 species.

+ nec.  
 prouidentia.

Fatum.

deos, qui præstarent sapientia cæteris terre-  
 nis animantibus, ad æuitatē temporis edidit,  
 fundatisq; legibus reliquarū dispositionū, ad  
 tutelam rerū quas quotidie fieri necesse est,  
 dijs cæteris tradidit. Vnde susceptam prou-  
 dentiam dij secundę prouidētiæ ita grauiter  
 retinent, ut omnia etiam quæ à cælestibus  
 mortalib. exhibētur, immutabilem ordinati-  
 onis paternę statū teneant. Dæmones uerò, *Dæmones*  
 quos Genios & Lareis possumus nūcupare,  
 ministros deorū arbitrātur, custodesq; hoīm  
 & interpretes, si quid à dijs uelint. Nec sanē  
 oīa referenda ad uim fati putat: sed esse ali-  
 quid in nobis, & in fortuna non nihil: & for-  
 tunæ improuidos casus ignorari à nobis  
 fatetur. Instabile enim quiddam, & incurres  
 intercedere ea solere, quæ consilio fuerunt  
 & meditatione suscepta, quæ non patiatur  
 meditata ad finem uenire, & tunc quidem  
 cum impedimentum illud utiliter prouenit,  
 res illa felicitas nominatur: at ubi repugna- *Felicitas.*  
 tiones istę nociuæ erūt, infelicitas dicitur. *Infelicitas.*  
 Omnium uerò terrenorū, nihil homine præstā-  
 tius prouidentia dedit. Quare iidem homines *Hominis*  
 bene pronunciarunt, esse animam corporis *præstantia.*  
 dominam. At enim cum tres partes animi di-  
 cat esse: rationabilem, id est mentis optimam  
 portionem, hanc ait capitis arcem tenere:  
 Irascentiam uerò procul à ratione, ad dōmi-  
 cilium

*Animæ po-  
tenua.*

cilium cordis deductam esse, obsequi eam & respondere in loco sapientiæ: cupidinem atque appetitus postreimam portionem, infernas abdominis sedes obtinere, ut popinas quasdam & latrinarum latebras, diuersoria nequitiae atque luxuriae. Relegatam uerò iccirco longius à sapientia hanc partem uideri, ne importuna uicinitas, & rationem constitutam desuper cunctorum saluti, in ipsa cognationum uicinitate perturbaret. Totum uerò hominem in capite uultuq; esse. Namq; prudentiã, sensusq; omnes, nõ aliã quã illa parte corporis contineri. Cætera enim membra ancillari & obseruire: cibos & alia subministrare, uectare ut in sublime possit ut dominum atque rectorem, prudentiam eius à periculis uendicare. Sed machinamenta quibus ad sentiendas dijudicandasq; qualitates sensus instructi sunt, ibidem erga regionem capitis constituta esse, in conspectu rationis, ut intelligendi atque persentiendi ueritas adiuuetur. Sensus uerò ipsi ad ea que sunt sensibilia, aptè composita, naturæ intelligentiã cognatam tenent. Et primò oculorum acies gemellas perlucidas esse: eas quaedam luce uisionis illustres, noscendi literarum officium tenere. Auditionem uerò aeræ naturæ participem, aerijs nuncijs percipere sonores. Iam gustatus solutiores esse sensus, ideoque

*Sensuum or-  
gana.*

ideoq; humilioribus potius & aquosis commendatos. tactum etiam terrenum atq; corporeum, solidiora quæcunq; contingi offendique possunt sentire. Eorum etiam quæ corrupta mutantur, separanda uis intelligenda est. In media namq; regione oris nares natura constituit, quarum symphonia odor cum spiritu com meat: conuersiones autem mutationesq; odoratus causas dare, easque de corruptis uel adustis, uel + madescentibus, uel + mitescentibus, madefactis sentire. cum quidem ea quæruntur, uapore & fumo exhalantur: odor in his iudicium, sensusq; succedunt. Nam si restent integrè, & aer purus, nunquam eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidem ipsi nobis communes sunt cum cæteris animantibus. At enim hominis solertia eiusdem modi beneficio diuino instructior aptiorque, quòd auditus ille est uisusque præstantior. oculis namq; metitus est cælum, siderum circuitus, & astrorum obitus atque ortus cum significantibus spacia comprehendit, ex quo pulcherrimus & uberrimus fons ille philosophiæ profluxit. Auditum uerò quid homini magnificentius potuit euenire? per quem prudentiam sapientiamq; disceret, numerosq; orationis metiretur, ac modos faceret, fieretque totus ipse modulatus ac musicus? Lingua & dentium uallum, & ipsius osculi uenustas

accessit, quod quidem alijs animantibus ad  
 explendam uictus necessitatem, inferendasque  
 uentri copias comparatum est: sed hominis  
 promptuariū potius rectæ rationis, & suauis-  
 simæ orationis hoc datū est, ut quæ prudentia  
 corde cōceperit, ea sensa promat oratio. Sed  
 totius corporis habitus & figura membrorum  
 alia cōditione sunt optima, alia longè peiora.  
 Inferiora reguntur optimatiū præstantia, & in-  
 ipsa ministeriū suggerūt uictuale. Pedes denique  
 que humotenus capiti obediunt, ac superci-  
 liorum sepes præmuniunt oculos, ne desu-  
 per proruat, quod teneras uisiones, mol-  
 leisq; perturbet. Pulmones loco, ac sui gene-  
 re, cordi plurimū cōsulunt. Cū exardescit ira  
 trepidansq; celerioribus motibus uertex cor-  
 dis ipsius madens sanguine, pulmonis exci-  
 pitur mollitia, siti, frigore. Splenem uerò i-  
 cori non frustra esse finitimum, ut eius re-  
 dundantia participatis haustibus releuet,  
 abstergatq; ea quæ sordium fuerint, purumque  
 ac sincerum præstet quod maximè fibris est  
 commodum. Ventrem gyris intestinorum  
 circumplexum, & nexibus impeditum esse,  
 ne esculenta & poculenta sese penetrarent,  
 sed ut retenta paulisper utilitatem sui, & sen-  
 sum animantibus exhiberent, neque exhau-  
 stis & labentibus ijs quæ inferuntur, momen-  
 tis omnibus appetendi cibi necessitas immi-  
 neres

neret, & ad hoc unum occupari nobis dies  
 noctesq; necesse esset. Visceribus ossa sunt *Viscera.*  
 tecta: eadem reuincta sunt neruis: & tamē ca-  
 quæ sunt internuncia sentiēdi, sic sunt oper-  
 ta uisceribus, ne crassitudine sensus hebetē-  
 tur. Illa etiam quæ in iuncturis & copulis  
 nexa sunt, ad celeritatem facilius semouen-  
 dam, haud multis impedita sunt uisceribus.  
 Deniq; ipsius capitis uerticem specta: conte-  
 ctum tenui cute, capillisq; hirsutum uidebis,  
 aduersum uim frigoris & caloris. At enim il-  
 læ opumæ sunt partes, quas labor subigit: ut  
 femina, ipsaq; lesitandi regio est. Quid de  
 cibatu ipso loquar? quem itinera ex utero *Cibatus.*  
 manentia, fibris iecoris adiuncta, disper-  
 tiunt in cruoris similitudinem uersum, ut  
 eum ex eo loco per omneis artus natura so-  
 lers deriuari faciat. Sed regione cordis ue-  
 narum meatus oriuntur, per pulmonis spi- *Venarum*  
 racula uiuacitatem transferentes, quam de *oribus &*  
 corde susceperunt, & rursus ex illo loco di- *qualitates.*  
 uisæ per membra in totum hominem iu-  
 uant spiritum. Hinc illæ anhelandi uices  
 haustæ, redditeq; alterno modo, ne mutuis  
 impediatur occurribus. Venarum diuersæ  
 sunt qualitates, quas ad procurandum ere-  
 gionē seruitium, per medullas renum com-  
 meare, & suscipi † inguinum loco certū est, † *ignium.*  
 & rursus uenarū genitale semē humanitatis

## 68 L. Apuleij de dogmate

exire. At cum totius corporis dicat esse substantias, primam uult uideri ex igne & aqua & cæteris elementis: aliam ex consimilibus partibus uiscerum, ossiculorum, cruoris, & cæterorum: tertiã de discrepantibus diuersisq; membris, id est capite, utero, & articulis disparibus: unde substantia, quæ de simplicibus constat elementis, si id quod ex necessitate uictus extrinsecus arrogatur, quomodo congruit generi singulorum, qualitatem corporis temperiemq; custodit: at illis quæ de consimilibus robur, his quæ inter se disparia suprã diximus, pulchritudinem nutrit: & simul æqualitas ista sicci, humidi, feruentis ac frigidi, sanitatem, uireis, speciemq; largitur: sicut illa intemperans atq; immoderata permixtio, singulis uniuersisque uitiatis, animæ celeri exitio corripitur. Tripartitam animam esse dicit, primam eius rationabilem esse partem: aliam ex candescentiam, uel irritabilem: tertiam: appetitum, eandemq; cupiditatem possumus dicere. Sed tunc animanti sanitatem adesse, uireis & pulchritudinem, cum ratio totum regit, parentq; inferiores duæ partes, concordēsq; inter se iracundia & uoluptas, nihil appetunt, nihil commouent, quod inutile esse dixerit ratio. Eiusmodi ad æqualitatem partibus animæ temperatis, corpus nulla conturbatione frangitur. Alioquin in-

uehit

*Anima tria  
partita.*

uehit ægritudinem, in ualentiamq; & fœditatem, cum incompositæ & inæquales inter se erunt: cum irascentiam & consilium subegerit, sibiq; subiecerit cupiditas: aut cum dominam illam reginamq; rationem, licet obsequente & placata cupidine, ira flagrantior uicerit. Sed ægritudinem mentis *Ægritudo mentis.* stultitiam dicit esse, eamq; in parteis duas diuidit: quarum unam imperitiam nominat, alteram *Imperitia.* insaniam uocat. & imperitiæ morbum ex gloriosa iactatione cōtingere, cum eorum quorum ignarus est aliquis, scientiam mentitur. *Furor.* Furorem uerò, pessima consuetudine & libidinosa uita solere euenire: hancq; insaniam nominari, quã uitiosa qualitas corporis prodidit, cum ea quæ sunt rationi parata in ipso uertice, importunis auxilijs coartantur. At enim tunc hominem esse perfectum, cum anima & corpus æqualiter copulantur, & inter se conueniunt, sibiq; respondēt, ut firmitas mentis præualentibus corporis uiribus non sit inferior. *Corpus quando ualidum.* Corpus uerò tunc natiuis incrementis augetur, cum ualetudinis portio procurata salubriter modum necessarij uictus nescit excedere, nec ualetudo obtinetur magnitudine externorum laborum, nec pabuli sarcinæ immoderatus inuesti, uel nõ ut oportet digesti distributiq; per corpus. Tunc enim artus ac membra uigoris debiti



modum & uireis retinent, cum id quod in-  
fertur ad totius corporis conseruationem,  
ueluti singillatim exæquatum cunctis parti-  
bus diuiditur. Verùm enimuero cum id mi-  
nimè fit, tunc sequitur exitium corporis.

L. APVLEII MA-  
DAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI,  
De Philosophia  
Liber unus.



**M**ORALIS philosophia caput  
est, Faustine fili, ut scias, quibus  
ad beatam uitam perueniri ra-  
tionibus possit. Verùm ad bea-  
titudinem ante alia bonorù sine  
contingenti, ut ostendam, quæ de hoc Plato  
senferit. Bonorum igitur alia eximia ac pri-  
ma per se dicebat esse: per perceptionem ce-  
tera fieri bona existimabat. Prima bona esse  
Deum summum, mentemq; illam quam *τὸν νοῦν*  
idem uocat. Secundum ea, illas quæ ex prio-  
rum fonte profuerent, esse animi uirtutes,  
prudenciam, iusticiam, pudicitiam, fortitu-  
dinem. Sed his omnibus præstare pruden-  
tiam, secundam numero ac potestate conti-  
nentiam posuit: has iusticiam sequi, fortitu-  
dinem quartam esse. Differentiam hanc bonorù  
esse

Bonorum di-  
uisio.

esse constituit. Partim diuina per se, & prima, simplicia dici bona, alia hominũ: nec eadem omnium existimari. Diuina quippe esse, atq; simplicia, uirtutes animi. Minora, autem bona, eaq; quorundam esse quæ cum corporis commodis congruunt, ut illa quæ nominamus externa, sapientibus, & cum ratione ac modo uiuentibus, sunt sanè bona: stolidis, & eorum usum ignoratibus, oportet esse mala. Bonorum primum est uerum, & diuinũ, illud optimum, & amabile, & concupiscendum, cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes, natura duce, instinctæ eadem ad eius ardorem: sed quæ nõ omnes adipisci queunt. Qui neq; primi boni adipiscendi facultatem possunt habere, ad id ferũtur quod hominum est. Secundum, nec cõmune multis, nec quidem omnibus similiter bonum. Namq; appetitus, & agendi aliquid cupido, aut uero bono incitatur, aut eo quod uideatur bonũ. unde natura duce cognatio quedã est cum bonis, ei animæ portioni, quæ rationi consentit. Accidens autem bonum esse putatur, quod corpori, rebusque uenientibus extrinsecus copulatur: & illum quidem qui natura imbutus est, ad sequendum bonum, nõ modò sibi met intimatũ putat, sed omnib. etiã hominibus: nec pari aut simili modo, uerũ etiã unamquenq; acceptũ esse, dehinc

proximis, & mox cæteris qui familiari usu  
 uel noticia iunguntur. Hominem ab stirpe  
 ipsa neque absolutè bonum, nec malum na  
 sci, sed ad utrunq; procliuè ingenium esse. ha  
 bere quidèin semina quædam utrarumq; re  
 rum cum nascendi origine copulata, quæ  
 educationis disciplina in partem alteram de  
 beant emicare. Doctoresq; puerorum nihil  
 antiquius curare oportet, quàm ut amatores  
 uirtutum uel inter se moribus & institutis  
 eos ad id prorsus imbibere, ut regere & regi  
 discât magistra iusticia. Quare præter cætera  
 induci ad hoc cæteros oportere, ut sciât quæ  
 sequenda fugiendaq; sint, honesta esse, ac tur  
 pia, illa uoluptatis, hæc laudis. Hactenus de  
 decoris ac turpitudinis, honesta eademque  
 quæ sunt bona, confidenter optare nos oport  
 ere. Tria genera ingeniorû ab eo sunt com  
 prehensa, quorum præstans, egregium ap  
 pellat unum; alterû, deterrimû pessimumq;  
 tertiumq; ex utroque medio temperatum,  
 medium nuncupauit. Mediocritatis huius  
 uult esse participem puerum docilem, & uirû  
 progredientem ad modestiam, eundemque  
 commodum ac uenustum. Eiusmodi enim  
 medietates inter uirtutes & uiria interciderè  
 dicebat. Tertium quiddam, ex quo alia lau  
 danda, alia culpanda essent. Inter scientiam  
 ualidam, alteram falsam, peruicaci uanitate  
 iactatam

*Tria genera  
 ingenio-  
 rum.*

iactatam: inter pudicitiam, libidinosamq; uir-  
 tam, & abstinentiam, intemperantiamq; po-  
 suit, fortitudini ac timori medios pudorem  
 & ignauiam fecit. Horum quoque quos me-  
 diocres uult uideri, neque sinceras esse uir-  
 tutes, nec uitia, tamen mera & intemperata,  
 sed hinc atque inde permixta esse. Maliciam  
 uerò deterrimi & omnibus uitijs imbuti ho-  
 minis dicebat esse: quod accidere dicebat,  
 cum optima & rationalis proportio, & quæ  
 etiam imperare cæteris debet, seruit alijs. Ille  
 uerò uitiorum doctrices iracundia & libido,  
 ratione sub iugo missa dominantur. Eandem  
 malitiam de diuersis constare, abundantia,  
 inopiaque. Nec solum ea in qualitatis uitio  
 claudicare arbitratur, sed etiam incumbere  
 dissimilitudinem. Neque enim posset cum  
 bonitate congruere, quæ à semetipsa tot mo-  
 dis discrepet: & non solum disparilitatem,  
 sed etiam concinnitatem præ se gerat. Quæ *Partium a-*  
 propter tres partes animæ, tribus dicit uitijs *nimarum*  
 urgeri. Prudentiâ indocilitas impugnat, quæ *defectus.*  
 non abolitionem infert scientiæ, sed contra-  
 ria est disciplinæ discendæ. Huius duas ab eo  
 species accepimus, imperitiam & fatuitatē;  
 quarum imperitia sapientiæ, & fatuitas pru-  
 dentia inueniuntur inimicæ. Iracundiam,  
 audacia. Eius comitatum sequuntur indigna *+ ἀναισχ-*  
 tio & incōmobilitas, dicta Græcè *+ ἀναλυνοία. οία.*

Ita enim dixerim, quæ non extinguit incitamenta irarum, sed ea stupore deficit immobili. Cupiditatibus luxuriâ applicat, id est appetitus uoluptatem: & desiderium, ad fruendum potiendumq; haustus inexplebiles. Ex hac manat auaritia, atque lasciuia: quarum altera liberalitatem coerceat, altera immoderatus fundendo patrimoniij prodigiosas facultates. Sed uirtutes Plato habitum esse dicit mentis, optimè & nobiliter figuratæ: quæ concordem sibi quietem, constantem etiam eum faciunt cui fuerint fideliter intimatæ, non tantummodo uerbis sed factis, & etiam secum & cum cæteris. Hoc uerò procliuius, si ratio in regni sui sedilio constituta sit, appetitus & iracundia semper domitas & in frenis habet. Ipsæ quoque ita obediunt, ut tranquillo ministerio fungantur. Vnimodam uerò esse uirtutem, quod bonum suapte natura adminiculo non indiget. perfectum autem cum sit, solitudo debet esse contentum. Nec solum qualitas uerùm etiam similitudo cum uirtutis ingenio coniungitur. Ita enim secum ex omni parte congruit, ut ex se apta sit, sibi que respondet. Hinc etiam medietates, eisdemque uirtutes, ac summitates uocat: nec solum quòd careant redundantia & egestate, sed quòd in meditullio quodam uitiorum sita sunt.

sunt. Fortitudo quippe circumfistitur hinc audacia, inde timiditate: audacia quidem confidentia fit abundantia, metus uerò uirtutum deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædã sunt, imperfectæ aliæ. Et imperfectæ sunt, quæ in omnibus beneficio solo nature proueniunt, uel quæ solis disciplinis traduntur, & magis ratione discuntur. Eas igitur quæ ex omnibus his constant, dicimus esse perfectas. Imperfectas uirtutes semet comitari negat. Eas uerò quæ perfectæ sunt, indiuiduas sibi, & inter se connexas esse, ideo maximè arbitratur, quòd ei cui sit egregium ingenium, si accedat industria, usus & disciplina, quam dux rerum ratio fundauerit, nihil relinquatur quod non uirtus administret. Omnes uirtutes cum animæ partibus diuisit: & illam uirtutem quæ ratione sit nexa, & est spectatrix omnium rerum, prudentiam dixit, atque sapientiam, quarum sapientiam, disciplinam uult uideri diuinarum humanarumque rerum: Prudentiam uerò, scientiam esse intelligendorum bonorum & malorum, eorum etiam media quæ dicuntur. In ea uerò parte quæ iracundior habeatur, fortitudinis sedem esse, uireis animæ, neruosque ad ea implenda, quæ nobis seuerius agenda legum imponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidinum & desideriorum.

*Virtutum  
diuisio.*

*Sapientia.*

*Prudentia.*

*Abstinētia.* desideriorum, cui necessariò Abſtinentia con-  
mes est, quam uult eſſe ſeruatricem conu-  
nientia eorum quæ natura recta praua  
ſunt. In homine ad placentiam ac medio-  
tatem libido reflectitur, actusque uolupta-  
rios ratione huius dicit ac modestia coere-  
ri. Per has treis animæ parteis iuſticiã æqua-  
liter diuidentes, quas cauſam eſſe dicit, una-  
quaquæq; potiore ratione ac modo ad fu-  
gendum munus obediat. Hanc ille heros iu-  
ſticiam modò nominat, nunc uniuersæ uir-  
tutis nuncupatione complectitur: & itea  
fidelitatis uocabulo nuncupatur. ſed cum e-  
a quo poſſidetur eſt utilis, beneuolentia eſt  
at cum foras ſpectat, & eſt fida ſpeculatrix u-  
tilitatis alienæ, iuſticia nominatur. Eſt & illa  
iuſticia, quæ quartum uulgata diuiſione uir-  
tutum locū poſſidet, quæ cum religioſitate  
id eſt *διδασκαλία* copulatur: quarum religioſita-  
deūm honori ac ſupplicijs diuinæ rei mancipa-  
pata eſt, illa uerò hominum ſocietatis & con-  
cordiæ remedium atque medicina eſt. Dua-  
bus autem æqualibus de cauſis utilitatem  
hominum iuſticia regit: quarum eſt prima  
minorum obſeruantia, & diuiſionum equa-  
litas, & eorum quæ pacta ſunt ſymbola: ad  
hæc ponderum, menſurarumq; cuſtos, & com-  
municatio opum publicarum. Secunda finaliſ-  
lis eſt, & ueniens ex æquitate partitiō, ut ſim-  
gulis

*Beneuolen-  
tia.  
iuſticia.*

gulis in agros dominatus congruens defera-  
tur, ac seruetur bonis potior, minor non bo-  
nis. Ad hæc, bonus quisque natura & indu-  
stria in honoribus & officijs præferatur: pes-  
simi ciues luce careant dignitatis. Sed ille ius-  
tus in deferendo honore, ac seruando, mo-  
dus est ei qui est suffragator bonorum, & ma-  
lorum subiugator: ut semper in ciuitate emi-  
neant quæ sunt omnibus profutura, iaceant  
& subiecta sint cum suis actoribus uitia.

Quod facilius obtinebitur, si duobus exem-  
plis instruamur: unius, diuini & tranquilli &  
beati: alterius, inreligiosi & inhumani, ac me-  
rito intestabilis, ut pessimo quidem alienus,  
& auersus à recta uiuendi ratione, facultates  
suas diuino illi melior esse uelit. Hinc rhe- *Rhetoricæ*  
toricæ duæ sunt apud eum partes: quarum *partes.*  
una est disciplina contemplatrix bonorum,  
iusti tenax, apta & cõueniens cum secta eius  
qui publicitus uult uideri: alia uerò adulan-  
di scientia est, captatrix uerisimilium, usus  
nulla ratione collectus. Sic enim *ἀλογον τριβλίον*  
elocuti sumus, quæ persuasum uelit, quod di-  
cere non ualeat. Hanc *ἀνάξιον λαόθεν* diffiniuit  
Plato, quam civilis articuli umbram, id est  
imaginem nominauit. Ciuitatem, quam po-  
liticen uocat, ita uult à nobis intelligi, ut eam  
esse ex uirtutum numero sentiamus: nec so-  
lum agentem, atque in ipsis administrati-  
bus,



*providentia  
duplex.*

bus, uerum spectari ab ea uniuersa, atque discerni. Nec solum providentiam prodesse ciuilibus rebus, sed omnem sensum eius, atque propositum fortunatum, & beatum statum facere ciuitatis. Hæc eadem utilitatem anime procurat duobus modis. Altera namque legalis iuridicialis altera. Sed prior cõsimilis est exercitationi, per quam pulchritudo anime & robur acquiritur: sicut exercitatione ualitudo corporis, gratiaque continetur. Iuridicialis illa medicinæ pars est. nam morbum anime medetur, sicut illa corporis. Has disciplinas uocat, plurimumque earum curatio nem commoditatis afferre proficetur. Harum imitatrices esse coquinariam & unguentariam. Sed artem sophisticam, professionem iuris blandam, & assentationum illecebratæ turpes profitentibus, inutiles cunctis: quarum sophisticam coquinæ coniungit. Nam ut illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea que agit cum morborum medela conueniant: sic sophisticè imitata iuridicalem statum, dæmoniam opinionem stultis, quasi iusticiæ studeat, quam iniquitati fauere constat. Unguentarij uerò professores iuris imitantur. Nam sicut illa remedio uult esse, per quod species corporibus ac ualitudo seruentur, non modo utilitatem corporum minuit, sed robur etiam uires

viresq; frangit, & iterum colorem ad desidi-  
 am sanguinis mutat. Sic hæc in scientiam  
 mutata iuris, simulat quidem uirtutem se  
 animis augere, eneruato quod in illis na-  
 tiuæ fuerit industriæ. uirtutes eas doceri &  
 studeri posse arbitratur, quæ ad rationabi-  
 lem animam pertinent, id est sapientiam &  
 prudentiam, & illas quæ uitiosis partibus  
 pro remedio resistunt: id est, fortitudinem  
 & continentiam rationabiles quidem esse,  
 superiores uirtutes pro disciplinis haberi.  
 Cæteras, si perfectæ sunt, uirtutes appel-  
 lat: si semiperfectæ sunt, non illas discipli-  
 nas uocandas esse censet, sed non in totum  
 existimat disciplinis alienas. Iusticia uero, *Iusticia.*  
 quòd trinis animæ regionibus sparsa sit, ar-  
 tem uiuendi ac disciplinam putat: & nunc  
 docilem esse, nunc usu & experientia pro-  
 uenire. Bonorum autem quædam sui gra-  
 tia asserit appetenda, ut beatitudinem, ut *Bonorum et  
malorum  
genera.*  
 bonum gaudium: alia non sui gratia, ut me-  
 dicinam: alia sui & alterius, ut prouiden-  
 tiam, cæterasque uirtutes, quas & sui cau-  
 sa expetimus, ut præstantes per se, & ho-  
 nestas: & alterius, id est beatitudinis, quæ  
 est uirtutum exoptatissimus fructus.  
 Hoc pacto etiam mala quædam sui causa  
 fugienda sunt, alia cæterorum, pleraque &  
 sui & aliorum: ut stultitia, & huiusmodi  
 uitia,

uitia, quæ & sui causa uitanda sunt, & eorum  
 quæ accidere ex his possunt, id est miseria  
 atque infelicitates. Eorum quæ appetenda  
 sunt, quædam absolutè bona dicimus, quæ  
 semper atq; omnibus cum assunt, inuehuntur  
 commoda: ut uirtutes, quarum beatitas fructus  
 est. alia quibusdam, nec cunctis, uel per  
 petuò bona: ut uires, ualitudo, diuitiæ, &  
 quæcunque corporis ac fortunæ sunt. Patet  
 pacto, & eorum quæ declinanda sunt, quæ  
 dam omnibus ac semper uideri mala, quorum  
 am nocent atque obstant: ut sunt uitia, & in  
 fortuna. quædam alijs, nec ea semper nocent  
 re: ut ægritudinem, egestatem, & similia. Sed  
 uirtutem liberam, & in nobis sitam, & nobis  
 uoluntate appetenda: peccata uerò esse non  
 minus libera, & in nobis sita, non tamen esse  
 suscipi uoluntate. Nanque ille uirtutis specta  
 tor, cum eam penitus intellexit bonam esse  
 & benignitate præstare, eam affectabit pro  
 fectò, & eam sectandam existimabit sui causa  
 fa. Ac item ille qui senserit uitia non solum  
 turpitudinem existimationi inuehere, sed necesse  
 cere alio pacto, fraudiq; esse, qui potest sponte  
 te ad earum consortium se ingerere? Sed  
 ad huiusmodi mala pergit, ac sibi usum eorum  
 utilem credit, deceptus errore, & imagine  
 boni sollicitatus quidem, sciens uerò ad mala  
 præcipitatur. Discrepes quidem à cõmuni  
 sententia

## Philosophia Liber.

81

sententia, si non quidem ignores, quid inter pauperiem ac diuitias intersit: & cum hæc in procliui sita sint, nec pauperies honestatem, uel turpitudinem diuitiæ allaturæ sint, si egestatem rerum uictui necessariorum copijs præferas, ineptire uidearis. & adhuc illud absurdus, si quis sanitatem corporis spernat, eligens morbos. Sed illud postremæ dementiæ est, cum quis pulchritudinem uirtutis oculis animæ uiderit, utilitatemque usu & ratione perspexerit, non ignarus quantum dedecoris atque incommodi adipiscatur ex participatione uitiorum, tamen addictum se uelit uitij. Corporum sanitatem, uireis, indolentiam, cæteraque eiusmodi bona extranea, ite diuitias, & cætera quæ fortunæ commoda dicimus, ea non simpliciter bona nuncupanda esse. Nam si quis ea possidens, usu se abdicet, ea sibi inutilia erunt. Siquis autem eorum usum conuerterit ad malas artes, ea illi etiam noxia uidebuntur. Vnde colligitur, bona hæc simpliciter dici non oportere: nec etiam ea quæ sunt morbosa, ut pauperiem, cæteraque existimari mala oportet. Nam qui tenuis est, si modificetur, nullam noxam ex eo sentiet. Etiam qui rectè pauperie sua utitur, non solum nihil capiet incommodi, uerum ad toleranda cætera melior atque præstantior erit. Si igitur nec habere pauperiem, neque eam

fff

tatione

*Voluptas bona aut mala,* ratione regere contrarium est, paupertas  
 malum non est. Voluptatem uero neque bonum esse absolute, neque simpliciter malum, sed eam que sit honesta, nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus ueniat, non esse fugiendam: illam uero, quam aspernatur natura ipsa, turpi delectatione quaesitam, uitari oportere censebat. Solitudinem & laborem, si naturales essent, & ab ipsa uirtute descendere, & essent pro aliqua praecleara administratione susceptae, appetibiles dicebat esse. Sed si aduersum naturam turpissimarum rerum causa gignerentur, malas detestabilesque esse. Non sola initia uoluntate accedere animis, conuenire corporibus, sed esse medium quendam statum: qualis est, cum abest tristitia, nec tamen letitiam adesse sentimus. Ex his quae in nobis sunt, primum bonum atque laudabile est uirtus, bonum studentis. Ideo honestum appellari oportet: solum quippe quod honestum est, bonum dicimus: & malum, turpe. & merito, quod turpe est, bonum non potest dici. Amicitiam aut sociam, eamque consensu consistere, reciprocaque esse, ac dilectionis uicem reddere, quando reclamatione equaliter. Hoc amicitiae comodo prouenit, cum amicus eum quem diligit, pariter ac se cupit prosperis rebus potiri. Aequalitas ista non aliter prouenit, nisi similitudo in utroque paritate charitatisque.

tateq; cōueniat. Pares enim paribus irresolu-  
 bili nexu iunguntur, ita discrepantes, & inter  
 se dissociati sunt, nec aliorū amici. Inimicitiarū  
 autem uitia gignuntur ex maleuolentia per  
 morum dissimilitudinem, & distantiam uite,  
 & sectas, atq; ingenia contraria. Alia etiam  
 amicitiæ genera dicit esse, quarum pars uo-  
 luptatis gignitur causa, pars necessitatis. Ne-  
 cessitudinis & liberorum amor naturæ con-  
 gruus est. Alius abhorrēs ab humanitatis cle-  
 mentia, qui uulgo amor dicitur: & est appeti-  
 tus ardens, cuius instinctu per libidinem ca-  
 pti amatores corporum, in eo quod uiderint,  
 totum hominem putant. Eiusmodi calamita-  
 tes animarum, amicitiæ idem appellari ue-  
 tat, quæ nec mutuae sunt, nec recipiari  
 queant, ut ament, quæ redamantur, nec con-  
 stantia illis absit, & diurnitas desit, amo-  
 resq; eiusmodi societate ac pœnitētia termi-  
 nentur. Plato tres amores hoc genere dinu-  
 merat, quod sit unus diuinus, cū in corrupta  
 mente & uirtutis ratione conueniens, non  
 pœnitendus. Alter de generis animi, & cor-  
 ruptissimæ uoluptatis. Tertius ex utroque  
 permixtus, mediocri ingenij, & cupidinis  
 modicæ. Animas uerò fulciores impelli cu-  
 pidine corporum: unum quod illis proposi-  
 tum est, ut eorum usura potiantur, atque e-  
 iusmodi uoluptate & delectatione ardorem

Amor.

Amores  
tres.

suū mulceāt. Ille uerò facetę & urbanę sunt  
 Animas bonorum deamare, & factum uelle  
 uti qui potiantur plurimū bonis artibus, &  
 meliores prestantioresque reddantur. Me-  
 dias ex utroque constare: nec delectationi-  
 bus corporis profus carere, & lepidis ani-  
 marū ingenijs capi posse. Ut igitur ille amor  
 deterrimus ac inhumanissimus atq; turpis  
 non ex rerum natura, sed ægritudine corpo-  
 rali, morboq; colligitur: sic ille diuinus, deo-  
 rum munere beneficioq; concessus, aspiran-  
 te cœlesti cupidine in animos hominum cre-  
 datur uenire. Est amoris tertia species, quam  
 diximus mediam, diuini atque terreni proxi-  
 mitate collectus, nexuq; & consortio parti-  
 copulatus: & ut rationi propinquus est diu-  
 nus ille, ita & terrenus ille turpitudini iun-  
 ctus est uoluptatis. Culpabilium autem  
 uirorum quatuor formę sunt: quarum prima  
 honori petarum est, sequens abstemiorum  
 tertia popularis, tyrannicę damnationis u-  
 tima. Quapropter euenit primum illud me-  
 tibz uitium, cum uigor rationis elanguet  
 superiorq; robustior fuerit animę portio  
 qua ira dominatur, oligarchia dicitur. Ea  
 nascitur, cum propter pessimū partem eius  
 partis animę quę ex cupiditatibus consistit  
 non solum rationabilis & irascentię loca pe-  
 fidentur, sed etiam eius quę non necessaria  
 cupidine

*Viri culpabiles qui.*

cupidines acuunt. Hunc talem Plato lucricupidinem, atq; accipitrem pecuniæ nominavit; qualis popularis existit, cum indulgentia cupidines laboratæ, non solum iustis desiderijs exardescunt, sed his æquè obviæ atque occurrentes, & illam consiliariam, & illam alteram rationabilem animam conditionibus suis presserunt. Tyrannidis est luxuriosa & plena libidinis uita, quæ ex diuersis & illicitis uoluptatibus conflata, mente tota dominatur. Quis itaque non pessimum eum, non solum turpem, & damnosum, & cõtemporem deorũ, & immoderatam, & inhumanam, atque insociabilem uitam, ait uiuere? Sed nec cum proximis secum ue congruere, atque ideo non modò à cæteris, uerum etiã à se discrepare: nec alijs tantum, sed sibi inimicum esse: & iccirco hunc talem neque bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse: sed illum pessimum uideri, quòd nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solum propter insitiã, sed quòd ipse etiam sibimet sit ignotus, & quòd perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incepta eius, atque meditata consilia, nec permittens quicquam eorũ quæ uolet. Quapropter pessimo deterrimoque, non ea tantum uitia quæ secundum



naturam sunt, pariunt execrabilitatem (quod est inuidia, ut est de alienis incommodis gaudium) sed etiam quæ natura non respuit uoluptatem dico, atque ægritudinem, desiderium, amorem, misericordiã, metũ, pudorem, iracundiam. Idcirco autem hoc euenit quòd immoderatum ingenium, in quæ cupis proruerit, modum non habet: atque idcirco semper ei aut deest aliquid, aut redundat. Hinc eiusmodi hominis amor orani tenore corruptus, quod non solum effrenatis cupiditatibus & inexplicabili siti haurire aut omnia genera uoluptatis, sed etiã quòd formæ iudicio, irrationabili errore dittrahitur ignorans ueram pulchritudinem, & corporis effœtam & eneruam & fluxam cutem de tatione solidatos, & opacos umbra, uel molles desidia, sed cura nimia modulatos artum magni facit. Non sponte grassari malitiam multis modis constat. Namque iniuriam inordinatam passionem, & ægritudinem mentis esse ait: unde liquidò arbitratur, hominem non sponte ferri. Quis enim tantum mali uoluntate susciperet, ut in optima mentis parte scelus & flagitium sciens ueheret? Ergo possessio mali ab imprudentibus capitur, uelut uinum eius & actiones oportet ab ignorantibus sustineri. Idcircoq; id peius est, quàm nocere

*Malitia non  
spontanea.*

noceri. Etenim in his rebus nocetur quæ sunt uiliores, corporis scilicet, quæ uel imminui possunt, uel fraudibus interire, illæsis potioribus, quæ ad ipsam attinent animam. Sed eis nocere longè peius esse. Ex quo intelligi potest, quòd animis bonis eo uitio pernicies infertur, plusque illi nocet qui alium cupit perditum, quàm illi nocet aduersum quem talia machinatur. & cum noceri alteri malorum omnium noxium sit, multo grauius est, si qui nocet, abeat impunè: grauiusq; & acerbius est omni supplicio, si noxio impunitas differatur, nec hominū interim animaduersione plectatur. Sed grauius, quàm acerbissimorum morborū carere medicina, medentes fallere, nec uri, nec secari eas partes quarum dolore incolumitati residuarū partium consulatur. Quare ut optimi medici conclamatis desperatisque corporibus non adhibent medenteis manus, ne nihil profutura ratio doloribus spacia promulget: ita eos quorum animæ uitijs imbutæ sunt, nec curari queunt, medicina sapientiæ emori præstat. Nam cui nec ex natura, nec ex industria, recte uiuendi studium conciliari potest, uita existimat Plato esse pellendū: uel si cupido uite eū teneat, oportere sapientib. tradi, quorū arte quadam ad rectiora flectatur. Et est sanè meli⁹ talē regi, nec ipsam in alios ha-

bere potestatem, nec dominari: sed seruire, et  
 ipsum aliorum adijci potestati, parendi potest  
 tius quam iubendi officia sortitum. Virum pe-  
 simum non solum deteriorem esse dicebat,  
 quod distrahatur semper additione uitiorum,  
 etsi desiderium æstibus differtur: qui quanto  
 plurium cupidior sit, tanto sibi met egentior  
 & propterea alijs uideri potest. Sperata quippe,  
 atque exoptata uix pauca, & cum maximis  
 erumna proueniunt. Hisque flagrantiores cupi-  
 dines floresque succedunt: nec futuris tantummodo  
 angitur malis, uerum etiam præteritis  
 transactisque torquetur, quos omnes  
 morte sola ab eiusmodi malis deduci posse  
 manifestum est. Sed adprime bonos, etiam sine  
 mediocritate deterrimos, paucos admodum  
 rariorisque etiam (ut ipse ait) numerabiles  
 esse: eos autem qui nec plane optimi, nec op-  
 pidò deterrimi sint, sed quasi mediè morati  
 plures esse. Sed neque superiores obtinere  
 recta omnia, neque inferiores in omnibus la-  
 bi. Horum uitia nec grauata, nec intempesti-  
 ua sunt, aut minimum criminosa: quorum  
 substantia est ex redundantia uel defectu,  
 quibus & adprobationis integritas & mo-  
 dus est. & qui inter laudem uituperationemque  
 mediam uiam uadant, usque capessendarum  
 eiusmodi studia excitantur, ut nunc boni at-  
 que honesti eos ratione inuitent, nunc inho-  
 nesti

nestra lucra & turpes illiciant uoluptates. Ta-  
 libus uiris nec amicitiarum fides perseueret,  
 & amores non semper improbi, nec honesti  
 tamen, eorum animos incurrunt. Perfectè  
 sapientem esse non posse dicit Plato, nisi cæ- *perfectè sa-*  
 teris ingenio præstet artibus, & prudentiæ *piens qualis,*  
 partibus absolutus, atque à puero iam imbu-  
 tus, factis congruentibus & dictis assuetus,  
 purgata & effœta animi uoluptate, eiectis ex  
 animo hinc abstinentia atq; patientia, atque  
 doctrinis ex rerum scientia eloquentiaq; ue-  
 nientibus. Eum qui per hæc profectus fiden-  
 ti & securo gradu uirtutis uia graderetur, a-  
 deptum solidam uiuendi rationem repente  
 fieri perfectum: hoc est, repente præteriti fu-  
 turiq; æui ultimas partes attingere, & esse  
 quodammodo intemporalem. Tum post hæc  
 ut his exclusis, insertisq; & immisissis omni-  
 bus quæ ad beatam uitam fuerunt, non ex  
 alijs pendere, nec ab alijs deferri sibi posse,  
 sed in sua manu esse, sapiens rectè putat. Qua-  
 re nec in secundis rebus effertur, nec contra-  
 hitur in aduersis, cum se ornamentis suis ita  
 instructum sciat, ut ab ijs nulla ui segregetur.  
 Hunc talem non solum inferre, sed ne refer-  
 re quidem oportet iniuriam. Non enim eam  
 contumeliam putat, quam improbus faciat: *Malū malo*  
 sed eam non putat, quam patientia firmiter *non pensan-*  
 toleret. Qua quidem naturæ lege in animo *dum.*

eius sculptum sit, quod nihil horū possit nocere sapienti, quæ opinatur cæteri mala esse. Equidem sapientem illum, conscientia suofretum, securum & confidentem, in omni uita dici futurum, quod & omnia accidētia reputet, & ad meliores rationes trahat, & quod nihil morose uel difficulter excipiat, sibi quod persuaserit pertinere res suas ad immortales deos. Idem ille diem mortis suæ propitius nec inuitus expectat, quòd de animæ immortalitate confidat. Nam uinculis liberata corporeis, sapientis anima remigrat ad deos, & pro merito uitæ purius castius ue transacta hoc ipso deorum se conditioni cōciliat. Eundem sapientem optimum nominat, ac bonū, ac prudentem rectè arbitratur, cuius sanè consilia cum factis rectissimis congruunt, & cuius principia profecta sunt à iusti ratione. Ad hoc sapientem & fortissimum dicit esse, cum qui uigore mentis ad omnia percipienda sit paratus. Inde est quòd fortitudinem neruos animi, ipsasque ceruices ait: ut ignauiam animi, animæ ait imbecillitati esse finitimam. Diues solus. diuitem hunc solum quidem rectè putat, quippe cum thesauris omnibus preciosiores solus uideatur possidere uirtutes: quia etiam solus sapiens, opes potest in usibus necessarijs regere, uideri ditissimus debet. Nam cæteri

## Philosophia Liber.

91

cæteri quamuis sint opibus affluentes, tamen quòd uel usum earum nesciant, uel deducant eas ad pessimas partes, inopes uidentur. Egestatem namque non abstinentia peccuniarum, sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit. Philosophum oportet, si nihil indigens erit, & omni fortunæ contumax, & superior ijs quæ homines acerba toleratu arbitramur, nihil sic agere, quàm ut semper studeat animam corporis consortio separare: & ideo existimandum philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemque moriendi. Bonos omneis inter se oportet amicos esse, etsi sunt minus noti: & potestate ipsa, quamores eorum, sectæque conueniunt, amici sunt habendi. Paria quippe à similibus non abhorrent. Vnde inter solos bonos fidem amicitiae esse constat. Sapientia boni amatorem adolescentem facit, sed eum qui probitate ingenij sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appetitum. nam cum ipsa anima complacita est, homo totus adamat: sed cum corpus expetitur, pars eius deterior est cordi + dure. Igitur putandum est, cum qui sit ignarus bonorum, cupitorem quoque eiusmodi rebus esse. His enim solus bonus desiderijs accenditur, qui bonum illud oculis animi uidet: hoc est, esse sapientem. Istud quoque quoniam

Egestas,

Philosophia,

+ Iure igitur.

quoniam qui est ignarus, osor quoque, ne  
amicus uirtutum sit necesse est. Nec frustra  
hic talis amator est turpium uoluptatum. Sa-  
piens non modo meræ uoluptatis quidē al-  
cuius gratia ueniet ad agendum, nisi profe-  
ctō fuerint honesta emolumenta uirtuti-  
um. Hunc eundem cum huiusmodi uoluptate  
oportet uitam uiuere honestam, & admirabi-  
lem, plenamq; laudis & gloriæ. Neque hanc  
modo rerum causa cæteris omnibus præfer-  
ri, uerū etiam iucunditate & securitate so-  
lum & semper frui: nec angetur carissimis o-  
batus affectibus, uel quod ex se omnia sunt  
apta quæ ad beatitudinem pergunt, uel quod  
decreto & lege rectæ rationis interdicitur  
iuismodi afflictatio, & quid si de tali se causa  
discruciet, illam egritudinem uel propter e-  
qui est emortuus suscipiat, quasi in peiore sit  
parte: aut sua gratia, quod tali necessitudine  
doleat se priuatū esse? Sed neque obiti causa  
lamentationes suscipi oportet, si sciamus illi  
lum neque aliquid mali passum: ac si fuerit  
bonæ uoluntatis, etiam melioribus aggrega-  
tur. Neque enim alieni gratia, ut qui in se re-  
ponit omnia, nec cuiusquam absentia uirtu-  
tis esse indigens potest, cuius perpetuam  
possessionem sibi uendicat. Igitur sapiens non  
erit tristis. Sapientiæ finis est, ut Dei meritis  
sapiens prouehatur: hancque futuram eius  
operam

Mortui non  
lamentandi.

Operam, ut æmulatione uitæ ad deorū actus  
 accedat. Verūm hoc ei poterit prouenire, si  
 uirum perfectè iustum, pium, prudentem se  
 præbeat. Vnde non solum in prospectandī  
 cogitatione, uerūm etiam agēdi opera sequi  
 eum conuenit, quæ dijs atque hominibus  
 sunt probata. Quippe cum summus deorum  
 euncta hæc non solum cogitationum ratione  
 cōsideret, sed prima, media & ultima obeat,  
 compertaq; intimæ prouidentiaē ordinatio-  
 nis uniuersitate & constantia regat. Verūm  
 enim uero illud omnibus beatum uideri, cui  
 & bona suppetunt, & quemadmodum care-  
 re uitij debet, callet. Vna quidem beatitu-  
 do est, cum ingenij nostri præsentia tutamur,  
 quæ perficimus. Alia, cum ad perfectionem  
 uitæ nihil deest, atque ipsa sumus contempla-  
 tione contenti. Vtrarūque autem fœlicita-  
 tum origo & ex uirtute manat, & ad ornāmē-  
 tum quidem genialis loci est uirtutis. Nullis  
 extrinsecus eorum quæ bona dicimus, admi-  
 niculis indigemus. Ad usum autem uitæ cō-  
 munis, corporis cura, & eorum quæ extrin-  
 secus ueniunt, præsidij opus est: ita tamen,  
 ut hæc eadem fiant uirtute meliora, eiusque  
 suffragio beatitudinis commodis copulen-  
 tur, sine qua hæc in bonis minimè sunt ha-  
 benda. Nec frustra est, quòd sola uirtus fortu-  
 natissimos potest facere, cum absque hac ex  
 alijs

Beatitudo  
 duplex.



*Sapiens imi-  
tator Dei.*

*Mori iniuf-  
su Dei nes-  
fus.*

*Ciuitas  
quid.*

alijs prosperis non possit fœlicitas inueniri  
Sapientem quippe pedissequum & imitator  
rem dei dicimus, & sequi arbitramur deum,  
id est τὸν θεόν. Non solum aut oportet, dum ui-  
tam colit, digna discere, nec ea agere quæ eor-  
um maiestati displiceant, uerum & tunc cœ-  
corpus relinquit: quod nō faciet inuito Deo.  
Nam etsi in eius manu est mortis facultas,  
quamuis sciat se terrenis relictis consecuta-  
rum esse meliora, nisi perpetiendum istud lex  
diuina decreuerit, accersire tñ eum mortē nō  
debere. etsi antè actæ uitę ornāmēta cohone-  
stant, honestiorē tñ esse, secundum moris or-  
portet, cū securus de posteritatis suæ uita, ad  
immortalitē animā ire permittit: eoq; qu-  
pie uixerit, percipit fortunatorū habitaturū  
locū, in deorū choreis semideūmq; permittit.  
De ciuitatū uerò constitutione, de obserua-  
tione regendarum rerum publicarū, ita iubet  
Plato. nam principio ciuitatis definit forma  
ad hunc modum: ciuitatem esse coniuñctio-  
nem hominum plurimorum in quibus sunt  
regentes, alij ceteriores coniuñcti inter se  
concordia, & inuicem sibi opem atque au-  
xilium deferentes, iisdem legibus, rectis tu-  
men, officia sua temperantes, unamque ci-  
uitatem, iisdem mœnibus illam futuram, &  
eadem uelle & nolle incolarum mentem ad-  
fueuerunt. Quare suadendum fundatoribus  
rerum

rerum publicarum, ut usq; ad id locorū, plebes suas ab eodem eidē rectori noti esse possint, nec sibi met incogniti. sic enim fiet, ut omnes una mente sint, æquumq; sibi factū uelint, magnam sanè ciuitatem non habitantiū multitudinem, eorumq; magnis uiribus uti oportet. Vires enim nō corporis, nec pecunię, collectas dominatione multorum, æstimandas putat, cum uecordia impotētiaq; : sed cū decreto cōmuni uirtutibus omnibus ornati uiri, incolę, & omnes fundati legibus obsequuntur, cæteras uerò quę nō ad hunc modum forent constitutę, non arbitrabatur sanas ciuitates. Eas demū fundatas ratione dicebat esse, quę ordinatę ad instar animarum forent, ut pars optima, quę sapientia prudentiaq; præcellit, imperitet multitudini. & ut illa totius habet curam corporis, ita prudentiæ delectus tueatur uniuersę commoda ciuitatis. Fortitudo etiam, pars uirtutis secunda, ut ui sua ad petentiã castigat, & reprimat : ita in ciuitate uigilet. excubitorū loco quidem militet iuuetus, p̄ utilitate cunctorū : sed inquietos & indomitos, ac p̄pterea pessimos ciues refrenet, cōtineat, ac si necesse sit, frangat potioris cū consilij disciplina. Illam uerò desideriorum tertiam partem plebi & agricolis parem dicit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rem-  
pub.

Fortitudo.

publicam negat posse consistere, nisi is qui imperitet habeat sapientię studium, aut is qui imperandum eligatur, quę esse inter omnes sapientissimum constat. Et huiuscemodii moribus cunctos ciues imbuendos esse dicit, quibus in quorum tutelam atque fidem res publica ulla credatur, auri atque argenti habentis cupido nulla sit. Nec specie communi priuatis opes adpetant, nec huiusmodi hospitiis succedant, ut cæteris ianua non reclusa, ceteros uictumque ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his quos protegent, communibus epulis insumant. Matrimoniaque non priuatum maritanda esse, sed fieri communia, et spondentibus eiusmodi nuptias publicę ciuitatis, sapientibus & magistratibus, & foris quadam ei negotio præditis: idque præcipi curantibus, ne disparem sui, uel inter se dissimiles copulentur. His aduertitur utilis necessariaque confusio, ut permixta nutrimenta puerorum, ignotorum adhuc, agnitione parentibus afferat difficultatem: ut dum filios liberos nesciunt, omnes quos uiderint eius ætatis, suos credant, & ueluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hanc ipsorum connubiorum queritur tempestiua coniunctio: cuius futuram stabilem fidem credit, si cum harmonia musice dierum consonent numeri: & qui de talibus nuptiis erunt

*Coniugiorum ratio.*

orti, studijs congruentibus imbuentur, & optimis disciplinis communi præceptorum magisterio docebuntur, non uirile tantummodo, uerùm etiam fœminarum: quas uult Plato omnibus partibus, quæ propriè uirorum putantur, coniungendas esse, bellicis etiam: quippe cum utriq; natura una sit, eandem esse uirtutem. Eiusdem ciuitatem nullis extrinsecus latis legibus indigere, regia quippe prudentia & eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata, cæteras leges non requirat. Et hanc quidem, ut signum aliquod ueritatis, exempli causa per se compositam uult esse rempublicam. Sed & alia optima quidem, & satis iusta, & ipsa quidem specie, & dicis causa ciuitas fabricata, non ut superior sine euidenti, sed iam cū aliqua substantia in hac non suo nomine, & de statu & de commodo ciuitatis requirens originis eius principia & fundamenta disponit: sed eò tendit, quemadmodum ciuiliis gubernator eiusmodi locum, conuentusq; multitudinum nactus, iuxta naturam præsentium rerum & conuenarum, debeat facere ciuitatem plenam bonarum legum & morum bonorum. In hac equidem easdem puërorum nutritiones, easdem uult esse artium disciplinas. Sed in connubijs & partibus ac domibus desciscit à prioribus, obseruatione

reipublicæ matrimonia priuata & singulari  
 faciens pro quoque ipforum. Et si in contra  
 hendo matrimonio consulere uoluntatē suā  
 debeant, uniuersæ tamen ciuitatis principi  
 bus, ut communis; cōmodi causam decerni  
 spectandam esse. Quare & dites inferiore  
 nuptias non reculent, & locupletium con  
 sortium inopes consequantur: & si uires op  
 congruunt, ingenia tamen diuersa miscend  
 esse, ut iracundo tranquilla iungatur, & se  
 to homini incitatio mulier applicetur: ut  
 libus obseruationū remedijs, soboles natu  
 discrepante confecta, mox prouentu meli  
 re coalescat, & ita compositarum domo  
 opib⁹ ciuitas augeatur, puerperiaq; ipsa m  
 rum dissimili seminio concepta, cū utrius  
 instar similitudinis præxerint, neq; illis uig  
 rem in rebus gerendis, neque tamē specta  
 dis consilium defuturum. Instituendos uero  
 esse eos, ubicunq; ciuitatis parentes cen  
 rint. Domos uerò & possessiones habe  
 priuatas, ut queunt singuli, quæ quidem  
 immensum augeri per auariciam, nec pro  
 per luxuriam, aut deseri per negligentiam  
 nant, legesq; ciuitati huic promulgari iube  
 & legum moderatorem, cum aliquid tale  
 cipiet, ad contemplandas uirtutes hortat  
 Imperitandi autem modum eum esse utili  
 censet, qui ex tribus fuerit temperatus. N  
 en

*Imperandi  
 modus utilis  
 triplex.*

enim uel optimatum, uel etiã popularis im-  
 perij solos & meros status utiles arbitratur:  
 nec impunitas rectorũ culpas relinquit: sed  
 magis cõset his debere constare rationẽ, qui  
 sint potiores potestate, & alij publicarũ rerũ  
 status definiti ab eo. In actiuosa uerò ciuitate  
 describit, quẽadmodũ simul omnium hominũ  
 multitudo bonitate & iusticia cõducta habe-  
 antur. Hi tales cõplectentur p̄ximos, hono-  
 res custodient, intemperantiã arcebunt, iniu-  
 riã refrenabunt, prudentiẽ ornamentis, ceterisq; honores maximos deferentes. Nec te-  
 merẽ multitudo cõuolet ad eiusmodi rerum  
 publicarũ status, nisi qui optimis legib. & e-  
 gregijs institutis fuerint educati, moderati  
 erga ceteros inter se congruentes. Quatuor  
 culpabilium ciuiũ genera sunt: unum eorum  
 qui sunt honore p̄cipui: alterum paucorũ,  
 penes quos rerum est potestas: tertium om-  
 nium, ultimum dominationis tyrannicæ. Et  
 primum quidem fit, cum prudentiores uiri *ἀριστοκρατία*  
 per magistratus seditiosos ciuitate pelluntur,  
 deferturq; potestas ad illos, qui sunt manu  
 tantummodo strenui: nec ij qui blandiore  
 consilio agere res possint, adipiscuntur iam  
 iam imperij facultatem, sed qui turbidi, uio-  
 lentiq; sunt. Paucorum uerò status obti- *ὀλιγαρχία*  
 netur, cum inopes, criminosi, multi, simul  
 paucorum diuitem potentia subiacentes,

*Δικηγορία.**Δυναρχία.**τυραννίς.*

dederint se, atque permiserint, omnemque  
 regendi potestatem nec mores boni, sed opor-  
 tentia fuerit consecuta. Popularis autem ty-  
 rannia etiam roboratur, cum inops multitudo ob-  
 tulerit aduersus diuitum facultates, lexque ius-  
 su populi fuerit promulgata, ut ex æquo li-  
 ceat omnibus honores capessere. Ad hæc  
 tyrannis illa singulare dominationis caput  
 tunc oritur, cum ciuis, qui leges contumaci-  
 sua ruperit, simili legum coniuratione ad-  
 ptatus imperiũ inuaserit, constituens deus  
 eius & cupiditatibus parens, obsequium su-  
 um tali fine moderetur.

L. APVLEII M. A-  
 DAVRENSIS PHILOSOPHI  
 Platonici, de Deo So-  
 cratis Liber.



VI me uolulistis dicere ex-  
 pore, accipite rudimentũ, pro  
 experimẽtum. Quippe pro  
 mea opinio est, bono pericu-  
 periculum faciam, postquam  
 reprobata meditata sum dicturus incognitum  
 Nec enim metuo, ne in friuolis displiceam  
 qui in grauioribus placui. Sed ne omnibus  
 riam

riam noueritis, & in isto, ut ait Lucilius, schedico & incondito experimini, an idē sim repentinus, qui præparatus. Si qui tñ tum uestrum nondum subitaria ista nostra cognoscitis, quæ scilicet audietis, pari labore quo scribimus, uenia propensiore qua legimus. Sic enim fermè assolet apud prudenteis uiros esse in operibus iudicatio refecior, in rebus subitarijs uenia prolixior. Scripta enim pensulatis & examinatis: repentina autem noscitis simul & ignoscitis, nec iniuria. Illa enim quæ scripta legimus, & tacentibus nobis talia erunt, qualia illata sunt. Hæc uerò in præsentiarum, & quasi nobiscum patiendæ sunt, talia erunt, qualia uos illa fauendo feceritis. Quanto enim exinde orationi modificabor, tanto à uobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libenter audire. Proinde in manu uestra sitū est, uel à nostra sumere, & iam immittere, ne pendula & flaccida, ne restricta & caperata sint. At ego, quod Aristippus dixit, experiar: Aristippus ille Cyrenaicæ sectæ repertor, quodq; malebat ipse, Socratis discipulus. Eum quidam tyrannus rogauit, Quid illi philosophiæ studium tam impensum, tamq; diutinum profuisset? Aristippus *Aristippi dictum.* respondit: Vt cum omnibus, inquit, hominibus securè & intrepidè fabularer. Verbo subito sumpta sententia est, quia de repentino



oborta est, quam uelut in materia lapides re-  
 merario interiectu, poni necesse est, neq; in-  
 teriecto intrinsecus pondere, neq; inclinatio-  
 profundè situ, neq; cohibentibus ad regulam  
 neis. Quippe qui structum orationis huius  
 gomet, non è monte modò lapidem directè  
 cæsum afferam, probe omnifariam complu-  
 natum leniter, ad extremas oras ad unguem  
 coæquatum: sed quæ operi accõmodem, uel  
 inæqualitate aspera, uel leuitate lubrica, uel  
 angulis eminula, uel rotundo uolubilia, sine  
 regulæ correctione, & mensuræ parilitate, sine  
 perpendiculi solertia. Nulla enim res potest  
 esse eadem, festinata simul & examinata: nec  
 esse quicquam omnium, quod habeat & lau-  
 dem diligentia suæ simul, & gratiam celerita-  
 tis. Præbui me quorundã uoluntati, qui op-  
 pidò uoluerunt, quæ à me desiderabantur, et  
 dicerè ex tẽpore. Et est Hercule formido, ne  
 id mihi euenerit, quod coruo suo euenisse  
 Æsopus fabulatur. Id erit, ne dum laudè huius  
 nouã captare apparo, illã quam antè peperci  
 cogar amittere. Sed de Apologo quæritis: ut  
 pigebit aliquid fabulari. Coruus & uulpes  
 unam offulam simul uiderant, eamque  
 optam festinabant pari studio, impari celerita-  
 tate: uulpes cursu, coruus uolatu. Igitur alo-  
 bestiam præuenit, & secundo flatu, passim  
 alis, utrunque prælabitur. & iam anticipa-  
 atque

Corui &  
 uulpis apo-  
 logus.

atque ita præda simul & uictoria lætus, in  
 sublime euectus, in quadam proxima quere-  
 cu, in summo eius cacumine tutus sedit. Eo-  
 que tum uulpes, quò alipedem nequibat cõ-  
 sequi, dolum iecit. namque eandem arbo-  
 rem successit: & subsistens, cum supernè  
 uictorem præda ouantem uideret, laudare  
 astu adorta est: Ne ego inscita, quæ cum alite  
 Apollinis frustra certauerim: quippe \* cum  
 pridem tam concinnū est, neq; oppidò par-  
 uum, neq; nimis grande sit, sed quantū satis  
 ad usum, decoremq; , pluma mollis, caput ar-  
 gutum, rostrū ualidum. Iam ipse oculis per-  
 spicax, unguibus tenax: nam de colore quid  
 dicā? enimuerò cū duo colores præstabiles  
 forent, piceus & niueus, quibus inter se nox  
 cum die differunt, utrunque colorem Apollo  
 suis alitibus cõdonauit, candidum olori, ni-  
 grum coruo. Quod utinam sicuti cygno can-  
 tum indulsit, ita huic quoq; uocē tribuisset:  
 ne tam pulchra ales, quæ ex omni à uitio lon-  
 gè præcellit, uiduata delicie facundi dei, mu-  
 ta uiueret, & elinguis. Id uerò ut coruus au-  
 dit, hoc solum sibi præ cæteris deesse, dum  
 uult clarissimè clangere, ut ne ad hoc saltem  
 olori concederet, oblitus offusæ, quā mordi-  
 cus retinebat, toto rictu hiauit, atq; ita quod  
 uolatu pepererat, cantu amisit. Enimuerò  
 uulpes, qd̄ cursu amiserat, astu recuperauit.

Olor cy-  
 coruus,  
 aues A-  
 pollinis.

Eandem istam fabulam in pauca cogamus quantum potest fieri cohibiliter. Coruus se uocalem præberet, quod solum deesse tantæ eius formæ uulpes simulauerat, crocitantem adortus, prædam quam ore gestabat, in seductricem cõpetiuit. Iam dudum scio, quod hæc significari flagitetis uobis Latinè, ut neutriusque pars uestrùm, nec qui Græcè nec qui Latine petebatis, dictionis huius expertes abiretis. Quapropter si ita uideretur, satis oratio nostra atticissauerit. Tempus est, in Latium de migrare de Græcia. Nam & quæstionis huius ferme media tenemus: & quantum mea opinio est, pars ista posterior per illa Græcæ quæ anteuertit, nec argumentis sit efficacior nec sententijs rarior, nec exemplis pauperior, nec oratione defectior. Plato omnem naturam rerum, quæ ad animalia iure pertinet, trifariam diuisit: cæsuitque summos deos summum, medium, & infimum. Fac intelligas non modò loci disclusionem, uerùm etiam naturæ dignitate, quæ & ipsa neque uno, neque gemino modo, sed pluribus cernitur. Ceterum manifestius fuit à loci dispositione. Nam perinde ut maiestas postulabat, dijs immortalibus cœlum dicauit: quos quidè deos cœlites partim uisu usurpamus, alios intellectu uestigamus. Ac uisu quidem cernimus

*Triples rerum diuisio, iuxta Platonem.*

— Vos ô clarissima mundi

Lunin

*Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.*

Nec modò ista præcipua, solem diei opificem, lunamq; solis æmulam, noctis decus, seu corniculata, seu diuidua, seu pertumida, seu plena sit, uaria ignium face, quanto longius ea cessat à sole, tãto longius collustrata, pari incremento itineris & luminis, mensẽm suis actibus ac paribus dispendijs extimans: seu illa proprio seu perpeti cãdore (ut Chaldæi arbitrantur) parte luminis compos, parte altera cassã, fulgoris pro circumuersione oris, discoloris, multiuaga, pollens, speciem sui uariat: seu tota proprij candoris expers, alienæ lucis indiga, denso corpore, seu leui, ceu quodam speculo radijs solis obsistit, & aduersi usurpat (ut uerbis utar Lucretij)

— *Notam ia Etat de corpore lucem.*

Vtraque ex animarum uera sententia est. Nec hæc postea uideo cur neque de sole, neque de luna quisquam Græcus aut Barbarus facillè cõiectauerit deos esse, nec modò istos (ut dixi) uerũ etiam stellas, quæ uulgò ab imperitis nuncupantur, quæ tamen in deflexo & certo & statò cursu meatus longè ordinatissimos diuinis uicibus æternos efficiunt. Varia quippe curriculi uicissitudine assimulant pro situ & flexu, & obstituto circularũ, quos probè callet qui signorum ortus & obitus comperit in eorum uisibilibus deorum

numero. Cætera quoque sidera, qui est  
 Platone sentis, locato: Arcturum, Geminum  
 Leonem, aliosq; itidem radianteis deos, quibus  
 cæli chorum computum & coronatum  
 fuda tempestate uisimus pictis noctibus, se  
 uera gratia, toruo decore, suspicientes in he  
 perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo  
 miris fulgoribus uariata cælamina. Est alio  
 genus deorum, quod natura uisibus nostri  
 denegauit: nec non tamen intellectu eos con  
 rabundi contemplamur, acie mentis acriter  
 contemplantes. quorum in numero sunt  
 duodecim numero, situ nominum in duo  
 uersus ab Ennio coarctati:

*Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
 Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Cæteri q; id genus, quorum nomina quidem  
 sunt nostris auribus iam diu cognita. Possu  
 mus uerò animis coniectare, per uarias uita  
 litates in uita agenda animaduersas in  
 rebus, quibus eorum singuli curant. Cæter  
 rum prophanæ philosophiæ turba imper  
 torum, uana sanctitudinis, priua ueræ reli  
 gionis, inops religionis, impos ueritatis, ser  
 pulosissimo cultu, insolētissimo spiritu, deo  
 negligit, pars in superstitionem, pars in con  
 temptum tumida. Hos namq; cunctos deos  
 in sublimi ætheris uertice locatos, ab humi  
 na contagione procul discretos plurimi, se  
 no

*Religio in  
 deos.*

non ritè uenerantur: omnes, sed in sciè, metuunt: pauci, sed impiè, diffitètur. Quos deos Plato existimat ueros, incorporaleis, anima-  
 leis, sine ullo neque fine neque exordio, sed prorsus ac retro èiternos, corporis cõtagio-  
 ne sua quidè natura remotos, ingenio ad sum-  
 mam beatitudinè porrecto, nullius extrarij  
 boni participatione, sed ex bono & ad oïa cõt-  
 petentia prono nutu, facili, simplici, libero et  
 absosuto: quorũ parentè, qui omniũ rerũ do-  
 minator atque autor est, solum ab omnibus  
 nexibus patiendi aliquid, gerendi ue, nulla  
 uice ad alicuius rei mutua obstructum. Cur  
 ego nunc dicere exordiar, cum Plato cœlesti  
 facundia præditus, æquiparabilia dijs im-  
 mortalibus differens, frequentissimè prædi-  
 cet, hunc solũ maiestatis incredibili quadam  
 nimietate, & ineffabili, nõ posse penuria ser-  
 monis humani, quauis oratione uel modicè  
 cõtprehèdi uix sapientib. uiris, cũ se uigore a-  
 nimi quantũ licuit, à corpore semouerint, in-  
 telledtũ huius Dei: id quoq; interdum uelut  
 in arctissimis tenebris, rapacissimo corusca-  
 mine lumen candidum intermicare. Missum  
 igitur hunc locũ faciam, in quo nõ mihi tan-  
 tum, sed ne Platoni quidem meo ualuerunt  
 ulla uerba, pro amplitudine rei suppetere.  
 Quid igitur faciam in rebus mediocritatem  
 meã, & quidè longè superantibus? receptui  
 canam,

canam, tandemq; orationem de cælo in ter-  
 deuocabo, in qua præcipuum animal homi-  
 nes fumus: quanquam plerique se incuria  
 disciplinæ ita omnibus erroribus deprauari  
 ac piacularibus sceleribus præbuerunt,  
 propè exesa mansuetudine generis sui im-  
 manè efferarunt, ut possit uideri nullum  
 mal in terris homine postremius. Sed non  
 de errorum disputatione, sed de naturæ  
 distributione differamus. Igitur homines ra-  
 tione plaudentes, oratione pollentes, immu-  
 talibus animis, moribundis membris, leu-  
 bus & anxijs mentibus, brutis & obnox-  
 corporibus, dissimillimis moribus, simili-  
 erroribus, peruicaci audacia, pertinaci  
 casto labore, fortuna caduca, singulatim  
 tales cunctis, tamen uniuerso genere perpe-  
 tui uicissim sufficiens prole mutabiles, ut  
 lucri tēpore, tarda sapientia, cita morte, que  
 rula uita terras incolunt. Habetis interim  
 na animalia, deos ab hominibus plurimè  
 differentes, loci sublimitate, uitæ perpetu-  
 tate, naturæ perfectione, nullo inter se pro-  
 pinquo cōmunicatu, cum & habitacula sum-  
 ma ab infimis tanta intercapedine fastigij  
 spescent, & uiuacitas illic æterna & indefe-  
 sit: hic caduca & subsiciua ingenia illa ad bo-  
 titudinem sublimata sint, hæc ad miserias in-  
 fimata. Quid igitur? nulló ne connexu ha-

natura seiunxit, sed in diuinam & humanam partem seiugatam esse & interruptam, & uoluti debilem passa est? Nam, ut idem Plato ait, nullus Deus miscetur hominibus: sed hoc præcipuum eorum sublimitatis specimè est, quòd nulla contractione nostra contaminatur. Pars eorum tamen obtutu hebeti uisuntur, ut sidera: de quorum adhuc & magnitudine, & coloribus, homines ambigunt. Cælo autem soli intellecta, neque prompto noscuntur. Quod quidem mirari super his immortalibus nequaquam congruit, cum alioquin & inter homines qui fortunæ munere opulentia elatus, & usque ad regni mutabile suggestum & pendulū tribunal euectus est, raro aditus, & longè remotis arbitris in quibusdam dignitatis suæ penetralibus degens. Parit enim conuersatio contemptum, raritas conciliat ipsa rebus admirationem. Quid igitur, (orator obiecerit aliquis.) primò istā cœlestem quidem, sed penè inhumanam tuā sententiam, missam faciam, si omnino homines à dijs immortalibus procul repelluntur, atque ita in hæc terræ tartara relegantur, ut omnis sit illis aduersus cœlestes deos communio denegata, ne quisquam eos è cœlitū numero uelut pastor, uel equisio, uel bubsequa, seu balantum, uel hinnientium, uel mugientium greges interuisat, qui ferocibus mode-

*Deum nunquam se communicare homini.*



110 L. Apuleij de Deo

moderetur, morbidis medeatur, egenis op-  
 tuletur. Nullus, inquit, deus humanis reb.  
 interuenit. Cui igitur preces allegabo? et  
 uota nuncupabo? cui uictimam cedam? qui  
 miseris auxiliatorem, quem fautorem boni  
 quem aduersatorē malis cū uita ciebo? Qu-  
 deniq; quod frequentissimū est, iureiurā-  
 uti potero inter Troianos stirpe cognatos,  
 fortasse inter gēteis prēlio cognitas? At enim  
 inter nuculos recens cognitos, si nemo hu-  
 capiti crediderit, quis pro te Deus fidem de-  
 cet? An ut ferocissimo Mezentio, dextra  
 telum quod missile libro? Apagesis tam cru-  
 entos deos: dexteram cædibus fessam, et  
 lumque sanguine rubiginosum: utrumque  
 doneum non est, per quod adiures, ut uerba  
 ista iurent, cum sit summi deorum hic homo  
 proprius. Nam & Iusiurandum dicitur, ut  
 Ennius. Quid igitur iurabo? per Iouem lap-  
 dem, Romano uetustissimo ritu? Atqui  
 Platonis uera sententia est, nunquā se Deo  
 cum homine communicare, facilius meo  
 dierit lapis quā Iupiter. Non. Respondeo  
 enim Plato pro sua sententia, mea uoce. Ne-  
 usque adeo seiunctos & alienatos à nobis  
 deos prædico, ut ne uota quidem uestra  
 bitrer peruenire. Neque enim illos sacris re-  
 ram humanarum, sed à contrectatione fol-  
 temoui. Cæterum sunt quædam diuinæ me-  
 da

*Iurifiurandi  
 religio.*

diæ potestates, inter summum æthera & infimas terras, in isto intersitæ aeris spacio, per quas & desideria nostra, & merita ad deos cõmeant. hos Græco nomine *δαίμονας* nun- *Dæmones*  
cupant, inter mortaleis cœlicolasque ue- *intercessores,*  
ctores, hinc precum, inde donorum: qui ul-  
tro citroq; portât, hinc petitiones, inde sup-  
petias, ceu quidam utrinque interpretes &  
salutigeri. per hos eosdem, ut Plato in Sym-  
posio autumat, cuneta denunciata, & mago-  
rum uaria miracula, omnesq; præfagiorum  
species reguntur. Eorum quippe de numero  
præditi curant singuli eorum prouidè, ut est  
cuique tributa prouincia, uel somnijs confir-  
mandis, uel extis physiculandis, uel præpe-  
tibus gubernandis, uel oscinibus erudien-  
dis, uel uatibus inspirâdis, uel fulminibus ia-  
culandis, uel nubibus choruscâdis, ceterisq;  
ad eò per quæ futura dinoscimus, quæ cuneta  
cœlestium uoluntate, & numine, & auctori-  
tate, sed dæmonum obsequio & opera atq; cu-  
ra, ut Annibali somnia orbitatè oculi cõmo-  
neant, Flaminio auspicia periculum cladis  
prædicent, Accio Nauio miraculū cotis adij-  
ciant: atque ut nonnulla regni futuri signa  
præcurrant, ut Tarquinius Priscus aquila  
obumbretur ab apice, Seruius Tullius flâma  
colluminetur à capite. Postremò cuneta ari-  
olum præfagia, fulgurum bidentalìa, carmina  
Sibyllæ.

Sibyllarum, quæ omnia ( ut dixi ) mediæ  
 quæpiam potestates inter homines ac deos  
 obediunt. Neque enim pro maiestate deum  
 cœlestium fuerit, ut eorum quisquam uel As-  
 nibali somnium pingat, uel Flaminio hostium  
 corrodat, uel Accio Nauio cotificet, uel Si-  
 byllæ fatiloquia uersificet, uel Tarquinio ue-  
 lit apicem reddere: Seruio uerò inflammare  
 uerticem, nec exurere, nō est operæ Dijs fa-  
 peris ad hæc descendere. Mediorum ista for-  
 titio est, qui in aeris plagis terræ contermini-  
 nis, nec minus confinibus cœlo, perinde uer-  
 santur, ut in quacunq; parte naturæ propria  
 sint animalia, & in æthere uolantia, & in ter-  
 ra gradientia. Nam cum quatuor sint elemē-  
 ta notissima, ueluti quadrifariam natura ma-  
 gnis partibus determina, sintq; propria ani-  
 malia terrarum & flammarum ( siquidem &  
 Aristoteles autor est, in fornacibus flaman-  
 tibus quædā propria animalia pinnulis apte  
 uolitare, totumq; æuum suum in igni diuer-  
 sari, cum eo exoriri, cumq; eo extingui ) pro-  
 terea cum tot uaga sidera, ut prius dictū est  
 sursum in æthere, hoc est in ipso liquidissu-  
 mo ignis ardore compareant, cur hoc solum  
 ex quatuor, elementum aeris, quod tanto  
 spacio intersitum est, cassum ab omnibus  
 desertumq; à cultoribus suis, natura patere  
 tur? quin in eo quoq; aere animalia gigne-  
 rentur.

sentur, ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta? Nam quòd quidam aues aeri attribuat, falsum sentire meritissimò dixeris: quippe quum avis nulla earum ultra Olympi uerticem sublimatur, qui cū excellētissimus omnium perhibeatur, tamen altitudinē perpendiculo si metiare, ut geometræ autumant, stadia altitudo fastigij non æquiparat, cum sit aeris augmentum imensum usque ad citima lunæ + felicem, quæ porrò ætheris sursum uersus exordium est. Quid igitur tanta uis aeris, quæ ab humilibus lunæ anfractibus, usque ad summum Olympi uerticem interiacet? Quid tum? uacabit ne animalibus suis, atque erit ista nature pars mortua ac debilis? Imò enim si sedulo aduertas, ipsæ quoque aues semper terre animal, non aerium, rectius perhibeantur. semper enim illis uictus omnis in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantumq; æra proximum terræ uolando transuerberant. Cæterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est. Quod si manifestum flagitat ratio, debere propria etiam animalia in aere intelligi: superest ut quæ tandē & cuiusmodi ea sint, disseramus. Igitur terrena nequāquam, deurgunt enim pondere: sed nec flamma, ne sursum uersus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis

Nullas aues uolatu superare Olympum.

+ felicem.

Aues cur potius terre, stes quam æthereæ.

h h h

pro

pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio sit, & in cultoribus eius ingenium. Cedò igitur mente formemus, & cognamus omnino id genus corpus, tertiam quædam animalia, quæ neq; sint tam bruta quam terrea, neq; tam leuia quam ætherea, sed quodammodo utrinq; seiugata. Velut enim utriusque commixta sint, siue amolita, seu modificata utriusq; rei participatione: sed facilius ex utroq; quam ex neutro intelligentur. Ha-

*Dæmonum  
corpora  
qualia.*

beant igitur hæc dæmonum corpora modicum ponderis, ne ad superna incedant: aliquid leuitatis, ne ad inferna præcipitentur. Quod, ne uobis uidear poetico ritu incredibilia confingere, dabo primùm exemplum huius libratae medietatis. Neq; enim procul ab hac corporis subtilitate nubes concretas uideamus, quæ si usque adeò leues forent, ut et quæ omnino carèt pondere, nunquam infusa iuga, ut sæpenumero animaduertimus, grauius caput editi montis, ceu quibusdam curuatoribus coronarent. Porrò si suapte natura tam spissæ ac graues forent, ut nulla illas uentustioris leuitatis admixtio subleuaret: profectò nõ secus quam plumbi globus, uel lapideus suapte uel caducæ terris illiderentur. Nunc enim nimicro pèdulæ & mobiles, huc & illuc uentorum nauium in aeris pelago uentis gubernantur paululum immutantes proximitate & longinquitate

Socratis Liber.

119

ginitate. Quippe si aliquo humore fœcundæ sunt, ueluti ad fletum edendum deorsum degrassantur. Atq; omnino humectiores humiliter meât, aquilonis agmine, tractu segniores. Sudis uerò sublimior cursus, & cum lanarû uelleribus similes agûtur, cauo agmine, uolatu perniciose. Nonne audis, quid super tonitruum Lucretius facundissimè disserat?

*Principio tonitru quatiuntur cœrula cœli,  
Propterea quia concurrant sublimè uolantes  
Ætheriæ nubes, contra pugnantis uentis.*

*Nec fit enim sonitus cœli de parte serena,  
Verum ubique magis denso sunt agmine nubes,  
Tam magis hinc magno fremitus fit murmure sepe.*

Quod si nubes sublimè uolitant, omnisque & exortus & terminus & retro defluxus earum in terras est, quid tandem futura censes dæmonum corpora, quæ sunt concreta multo minus, & tanto subtiliora? Non enim sunt ex hac fœculenta nubecula, tumida caligine conglobata, sicuti nubium tenuis est, sed ex illo purissimo aeris liquido & sereno elemento coalita: eaq; nemini hominum temerè uisibilia, nisi diuinitus speciem suam offerant, quod nulla in illis terrena soliditas locum luminis occupauerit, qui nostris oculis possit obsistere, qua soliditate nostra offensa acies immoretur, sed filia corporum possident rara & splendida, & tenuia usque

Lucretius  
de tonitruis.

adeò, ut radios omnis nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur. Hinc illa Homericæ *Iliados* Minerua, quæ medijs cœtibus Graiùm cobibendo Achilli interuenit: uersum Græcè si paulisper operiamini, Latinè enunciabo, atque adeò hic sit impræsentiarum: Minerua igitur, ut dixi, Achilli moderando iussu Iunonis aduenit,

*Soli perspicua, ast aliorum nemo tuetur.*

Hinc & illa Virgiliana matrona, quæ medijs milib. auxiliabūda fratri cōuersatur

— *Miscetq; uiris, nec cernitur ulli.*

Protinusq; Plautinus miles super clypeo suo gloriatur, præstringens oculorum aciem hostibus. Ac ne cunctos longius persequar, hoc fermè dæmonum numero poetæ solent haud procul à ueritate, censores causæ & matores quorundam hominum deos fingere, & tueri illos: interdum aduersari & affligere. Igitur & misereri, & indignari, & angere & lætari, omnemq; humani animi faciem partem, ac simili motu cordis & salo mentis, ad cogitationum æstus fluctuare. Quæ cœlestes turbelæ, tempestatesq; procul à deorum

*Dij immutabiles.* cœlestium tranquillitate exulant. Cunctis nim cœlites, semper eodem statu mentis, & terna æquabilitate potiuntur. quæ nunquam illis nec ad dolorem, nec ad uoluptatem

nibus suis pellitur; nec enim mens illa à sua  
 perpetua secta ad quempiam subitum habi-  
 tum dimouetur, nec alterius ui. Nam nihil  
 est Deo potentius, nihil Deo perfectius; nec  
 suapte sponte. Porro autem quid potest ui-  
 deri imperfectius fuisse, quàm is qui à priore  
 statu ad alium rectiorem statum migrarit?  
 cum præsertim nemo sponte capessat noua,  
 nisi quem pœnituit priorum. Non enim po-  
 test subsequi illa mutatio, sine præcedentium  
 infirmatione. Quapropter debet Deus nullâ *Deus ab omni*  
 perpeti uel operis, uel amoris, temporalem *ni passione*  
 perfunctionem: & iccirco nec indignatione, *immunis.*  
 nec ira contingi, nullo angore contrahi, nul-  
 la alacritate gestire: sed ab omnibus passio-  
 nibus animi liber, nec dolere unquam, nec a-  
 liquando letari, nec aliquid repentinum uel  
 le uel nolle. Sed & hæc cuncta, ut hoc genus  
 cætera, dæmonum mediocritati congruunt. *Dæmonum*  
 Sunt enim inter homines ac deos, ut loco re- *mediocri-*  
 gionis, ita ingenio mentis intersiti, habentes *tas.*  
 communem cum superis immortalitatem,  
 cum inferis passionem. Nam perinde ut nos,  
 pati possunt omnia animorum placamenta  
 uel incitamenta, ut in ira incitentur, & in mi-  
 sericordia flectantur, & donis inuitentur, &  
 precibus leniantur, & contumelijs exaspe-  
 rentur, & honoribus mulceantur, alijsq; om-  
 nibus ad similem nobis modum uariantur.



Quippe, ut finem comprehendam, dæmones sunt genere animalia, ingenio rationalia, animo passiva, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinque quæ commemoravi, tria à principio eadem nobiscum, quartum proprium, postremum commune cum diis immortalibus habent: sed differunt ab his passione. Quæ propterea passiva non absurde, ut arbitror, nominavi, quia sunt iisdem quibus nos perturbationibus obnoxij. Unde & religionum diversis observationibus, & sacrorum varijs supplicijs fides impertienta est. Etsi nonnulli sunt ex hoc diuorum numero, qui nocturnis uel diurnis, promptis & occultis, lætioribus uel tristioribus hostijs uel ceremonijs uel ritibus gaudent: uti Ægyptia Minerua fermè plangoribus, Græci plerunq; choreis, barbata aut strepitu cymbalistarum & tympanistarum & choraularum. Itidem pro regionibus in sacris differunt longè, uarietate pomparum agmina, ministrorum silentia, sacerdotum officia, sacrificantium obsequia: item deorum effigies, & reliquæ eximia templorum & regiones, hostiarum cruores & colores. Quæ omnia pro cuiusque more solennia & rata sunt, ut plerunq; somniji & uaticinationibus & oraculis comperrimus sepe numero indignata numina, siquid in sacris locordia uel superbia negligat: cui generi

*Dæmones  
iisdem quibus nos  
perturbationibus  
obnoxij.*

*religiones.*

generis mihi exempla affatim suppetunt, sed adeò frequentata & celebrata sunt, ut nemo ea commemorare adortus sit, quin multa omiserit quàm recensuerit. Idcirco refidebo in præsentiarum in his rebus orationem occupare. Quòd si non apud omnes certam fidem, at certè penes cunctos noticiam promiscuam possidet, hæc potius præstiterit Latinè dissertare, varias species diuinorum numinum à philosophis perhiberi, quo liquidius & plenius de præfagio Socratis, dequè eius numine cognoscatis. Nam quodà significatu & animus humanus, etiã nunc in corpore situs, dæmon nuncupatur.

*Dij ne hunc ardorem mentibus addunt*

*Euriale: an sua cuique deus sit dira Cupido?*

Igitur & bona cupido animi, deus bonus est.

Vnde nonnulli arbitrantur, ut iam prius dictum est, *id est* dici beatos, quorù demon

bonus: id est, animus uirtute perfectus est, quem nostra lingua, ut ego interpretor, haud

sciam an bono, certè quidem meo periculo, poteris, Genium uocare: quoniam is deus,

qui est animus sui cuiusq;, quanquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine

gignitur, ut eæ preces, quibus genium precamur ad coniunctionem nostram. Nec desunt qui uideãtur mihi obtestari, corpus atq;

animum duob. nominibus cõprehendentes.

quorum communio & copulatio sumus. In secundo signatu species dæmonum sit, animus humanus exutus & liber stipendijs uitæ corpore suo abiuratis. hūc uetere Latina lingua reperio Lemurem dictitatum. Ex his ergo lemurebus, qui posteriorum suorum curam sortitus, pacato & quieto numine domum possidet, lar dicitur familiaris. Qui uerò propter aduersa uitæ merita, nullis bonis ledibus in terra uagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamentum bonis hominibus, cæterum noxium malis, hunc plerique Larua. Laruam perhibent. Cum uerò incertum est quæ cuique eorum sortitio euenerit, utrū lar sit an larua, nomine manium deum nuncupant, & honoris gratia dei uocabulum additum est. Quippe cum eos deos appellent, quæ ex eorum numero iuste ac prudenter uitæ curriculo gubernato, pro numine postea ab hominibus præditi, fanis & cerimonijs uulgo admittuntur, ut in Bœotia Amphiaræus, in Africa Mopsus, in Ægypto Osiris, alius ubique gentium, Aesculapius ubique. Verum hæc omnis distributio eorum dæmonum fuit, quæ quondam in corporis numero fuere. Sunt autem non posteriores, præstantiore longe dignitate. Genus aliud augustius aio dæmonum, qui semper à corporis compedibus & nexibus liberi, procurantur certis precationibus.

bus, Quorum è numero Somnus atq; Amor, diuersam inter se uim possident: Amor uigilandi, Somnus soporandi. Ex hac ergo subtiliore dæmonum copia, Plato autumat singulis hominibus in uita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspiciui, semper adsint, omnium non modò actuum testes, uerùm etiam cogitatorũ. Ac ubi uita edita remeandum est, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare ilico & trahere ueluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere: si qua conueniatur, redarguere: si qua uera dicat, assue rare: prorsus illius testimonio ferri sententiam. Proinde uos omnes qui hanc Platonis diuinam sententiam me interprete auscultatis, ita animos uestros ad quæcunque uel agenda uel meditanda formate, ut sciatis, nihil omnino præ istis custodibus, nec intra animum, nec foris esse secreti; quando omnia curiosè ille participet, omnia uisat, omnia intelligat, & in illis penitissimis mentibus uice conscientie diuersetur. Hic quem dico prorsus custos, singularis præfectus, domesticus speculator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, si ritè animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiosè colatur, ita ut à Socrate iusticia & innocentia cultus est, in rebus incertis

prospectator, dubijs præmonitor, periculoso  
 uiator, egenis opitulator: qui tibi queat tu  
 somnijs, tum signis, tum etiam fortasse co  
 ram, cum usus postulat, mala auertere, bon  
 prosperare, humilia sublimare, nutantia fu  
 cire, obscura clarare, sidera aduersa corrigi  
 re. Igitur nimirum si Socrates, uir appr  
 perfectus, & Apollinis quoque testimon  
 sapiens, hūc deum suum cognouit & colu  
 ac propterea eius custos propè dicā par con  
 tubernio, & præmonenda præmonuit: sic  
 bi tamen interfectis sapientiæ officijs, no  
 consilio, sed præfagio indigebat, ut ubi dub  
 tatione claudicaret, ibi diuinatione confite  
 ret. Multa sunt enim, de quibus etiam sapie  
 tes uiri ad ariolos & oracula cursitent. At  
 non apud Homerum, ut in quadam ingen  
 specula clarius cernis, hæc duo distribuit  
 seorsus diuinationis, seorsus sapientiæ offi  
 cia? Nam cū duo columina totius exerciti  
 dissident, Agamemnon regno pollens, & A  
 chilles bello potens, desideraturq; uir factu  
 dia laudatus, & peritia uitæ moratus, qui A  
 tridæ superbiam, Pelidæ ferociam cōpescat,  
 exemplis moneat, oratione permulceat: qui  
 igitur tali in tempore est ad dicendum expo  
 tatus? Nempe Pilius orator, eloquio com  
 experimentis cautus, senectā uenerabilē  
 cui omnes sciebant corpus annis abire, an  
 mu

*Nestor.*

Socratis Liber.

123

mum prudentia uigere, uerba dulcedine af-  
 fluere. Itidem, cum rebus creperis & affli-  
 ctis spectatores deligendi sunt, qui nocte in-  
 tempesta castra hostium penetrent: nonne  
 Vlysses cum Diomede deliguntur? ueluti  
 consilium & auxilium, mens & manus, ani-  
 mus & gladius. Enimuero in Aulide desi-  
 dentibus obsessis, ac retro uentis abnuen-  
 tibus, difficultas belli, & facultas itineris, &  
 tranquillitas maris, & clementia uentorum,  
 per fibrarum notas, & alitum uias, & serpen-  
 tum escas exploratæ sunt. tacent nempe  
 illa duo illa sapientiæ Græciæ summa ca-  
 cumina, Ithacensis & Pilius. Calchas autem  
 longè præstabilis ariolus, simul alites & alta-  
 ria & arborem contemplatus est, actutum  
 sua diuinatione & tempestates flexit, & clas-  
 sem deduxit, & decennium prædixit. Non  
 fecus etiam in Troiano exercitu, cum diui-  
 natione res indigent, tacet ille sapiens Sena-  
 tus, nec audet aliquid pronunciare uel He-  
 ctor, uel Iambo, uel Bicias, sed omnes silentio  
 auscultant aut ingrata auguria Helenæ, aut  
 non credita uaticinia Cassandræ. Ad eun-  
 dem modum Socrates quoq;, sicubi locorū  
 alienæ sapientiæ cōsultatio ingruerat, ubi sui  
 dæmonis præfatio regebatur: uerū eius  
 monitis sedulò obediebat, eoq; erat de suo  
 longè acceptior, qui † ante incepta Socrati \* † autem.  
 dæmon

dæmon ille fermè prohibitum ibat, nunc  
 quod ad monendum ratio prædicta est.  
*Socrates.* nimuerò Socrates, utpote uir apprimè pe-  
 fectus, ex sese ad omnia congruentia sibi o-  
 ficia promptus, nullo adhortatore unquam  
 indigebat. At uerò prohibitor nonnunquam  
 si quib. fortè conatibus eius periculum la-  
 erat, ut monitus præcaueret, ac omitteret  
 cœpta in præsentiarum, quæ tutius uel per  
 ftea capesseret, uel alia uia adoriretur. In hu-  
 iusmodi rebus duntaxat uocem quam  
 diuinitus exortam dicebat audire. Ita enim  
 est apud Platonem, ne quisquam arbitretur  
 omnia cum uulgò loquentiū captasse. Qui  
 pe etiam semotis arbitris, unà cum Phædrus  
 extra pomerium, sub quodam arboris opac-  
 umbraculo, signum illud ad nuncium sensu  
 ne prius transcenderet illius amnis moe-  
 fluentum, quàm increpitum inclinatum amor  
 retinendum placasset: cum præterea si om-  
 nia obseruaret, aliquando eorum nonnulla  
 etiam opinamenta haberet, ut uidemus per  
 rosque, qui non suo pte corde, sed alterius  
 uerbo reguntur, qui ex angiportu reptantes  
 consilia ex alienis uocibus colligunt, & (si  
 ita dixerim) non animo, sed auribus cogi-  
 tant. Verùm enimuerò ut ista sunt, certè quæ  
 omnium ariolorum uoces audiunt, sæpenum-  
 mero auribus suis usurpant uocem de qua  
 nihil

nihil contentur, quam sciunt ex ore huma-  
 no profectam. At enim Socrates nō uocem  
 sibi, sed uocem dixit quampiam diuinitus ob-  
 latam: quo additamento profectō intelligas,  
 non usitatam uocem, nec humanam signifi-  
 cari. Quæ si foret frustra quæpiam, cur non  
 potius aut <sup>†</sup> uxor, aut certē cuiuspiam uox di-  
 ceretur? ut ait illa Terentiana meretrix: Au-  
 dire uocem uisa sum modō militis. Quid ue-  
 rō uocem quampiam dicat audiuisse? aut  
 nescit unde exorta sit, aut in ipsa aliquid ad-  
 dubitat. Aut eam quiddam insolitum demō-  
 strat habuisse: ita & Socrates eam quidem si-  
 bi, ac diuinitus editam, tempestiuē accede-  
 bat. Quod equidem arbitror non modō au-  
 ribus, uerū etiā oculis signū dæmonis sui  
 usurpasse. Nam frequentius non uocem, sed  
 signum diuinum sibi oblatum præ se ferebat.  
 Id signum poterat ipsius species habuisse,  
 quam solus Socrates cerneret, ita ut Home-  
 ricus Achilles Mineruam. Credo plerosq;  
 uestrūm hoc quod modō dixi, contatius cre-  
 dere, & impendiō mirari formam dæmonis  
 Socrati usitatam. At enim Pythagoricos mi-  
 rari oppidō solitos, si quis se denegaret un-  
 quam uidisse dæmonem, ut reor, idoneus  
 autor est Aristoteles. Quod si cuius potest e-  
 uenire facultas contemplandi diuinam effi-  
 giem, cur non apprimē potuerit Socrati, quē  
 cuius

† uox.

Dæmon So-  
cratis.



*Dijis similis  
Socrates.*

*Ratio uiuendi,  
non alie  
artes, omni-  
bus cōmune  
nis.*

cuius amplissimo numini sapiētiae dignitate  
coęquaratur: Nihil est enim deo similius & gra-  
tius, quàm uir animo perfectè bonus, qui  
hominibus cæteris antecellit, quàm ipse à di-  
immortalibus distat. Quin potius nos quo-  
Socratis exemplo & cōmemoratione erigimur?  
Ac nos secundum ipsum, studio philosophi-  
sophiæ pari, similitum nimirum canentes pro-  
mittimus, de quo quidem nescio qua ratione  
disfrapimur. & nihil æquè miror, quàm cum  
omnes & cupiant optimè, & sciant quantum  
uiuax animus colendus sit, tamen animum  
suum non colant. At si quis uelit acriter ca-  
nere, oculi curandi sunt, quibus cernitur. In-  
dem si pugillare, uultus uel brachia uelantur  
sunt, quibus pugillatur. Similiter in omni-  
bus cæteris membris, sua cuique cura pro-  
studio est. Quod cum omnes facile respiciant,  
nequeo satis mecum reputare, & perinde  
ut res est admirari, cur non etiam animum  
suum ratione excolat. Quando quidem ratio  
uiuendi omnibus æquè necessaria est, non  
pingendi, nec ratio psallendi: quas quilibet  
bonus uir sine ulla animi uituperatione, sine  
turpitudine, sine labe contempserit. Nescio  
ut Hismenias tibijs canere, ut Apelles pin-  
gere, ut Lysippus fingere: sed non pudeat  
me non esse significum, & idem ut cæteris  
artibus (ne omnes prosequar) licet tibi ne-  
sciri

scire, nec pudeat. Enimuero dic sodes, nescio bene uiuere ut Socrates, ut Plato, ut Pythagoras uixerunt, nec pudet me nescire bene uiuere: nunquam hoc dicere audebis. Sed cum primis mirandum est, quòd ea quæ minimè uideri uolunt nescire, discere tamen negligunt, & eiusdem artis disciplinam simul & ignorantiam decursitant. Igitur quotidiana eorum ora dicere inuenias, rationibus multa prodigè profusa, & in semet nihil, in sui dico dæmonis cultû, qui cultus nihil aliud quàm philosophiæ sacramentum est. Planè quidem uillas opiparè extruunt, & domos ditissimè exornant, & familias numerosissimè comparant: sed in istis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil est indignum, præterquam ipse dominus ædium. nec inuaria: cumolata enim habent, quæ sedulò percolumunt: ipsi autè horridi, indocti, incultiq; circumeunt. Igitur illas † ædificiorum species, † ædificiorum in quæ patrimonia sua profuderunt, amantissimas & extructissimas depræhendas: auilas emulas urbiû cõditas, domos uice tẽplorum exornatas, familias numerosissimas & calamistratas, opiperâ supellectilem, omnia affluëtia, omnia ornata, præter ipsum dominum: qui solus Tantali uice in suis diuitijs inops, egens, pauper, nõ quidem fluentûulum fugitiuum captat, & fallacis undæ sitim, sed

*Impius pater familiaris similis Tantalo,*

sed ueræ beatitudinis & sinceræ uitæ & prudentiæ fortunatissimæ esurit & sitit. Quip non intelligit, homines æquè spectari solent ut equos mercamur. neque enim in emend equis phaleras cōsideramus, & baltei polita inaspicimus, & ornatissimæ ceruicis diuitias contemplamur, si ex argento & auro gemmis monilia uanæ gazæ dependent, plena artis ornāmēta capiti & collo circumiacent, si frena cælata, si ephippia fucata, si gula armata sint: sed istis omnibus exuamolitis, equū ipsum nudum, & solum corpus eius & animum contuemur, ut sit ad speciem honestus, ad cursuram uegetus, & ad uecturā ualidus. Iā primū in corpore si

*Argutum caput, breuis aluus, obesaq; terga,  
Luxurietq; thoris animosum pectus honestis.*

Præterea si duplex agitur per lumbos spiritus, Volo enim non modo perniciousiter, uerū et molliter peruehat. Similiter ergo & in hominibus contemplandis noli illa aliena esse

In homine  
quæ potissimum  
spectanda.

minibus contemplandis noli illa aliena esse mare, sed ipsum hominem penitus conficere. ra. ipsum, ut meū Socratem pauperem, spectanda. Aliena autē uoco, quæ parentes peperunt, & quæ fortuna largita est: quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo, nullam generositatem, nullam profapiam, nullos legos nataleis, nullas inuidiosas diuitias. Haec enim cuncta, ut dixi, aliena sunt. Sat è Per

da. Aliena autē uoco, quæ parentes peperunt, & quæ fortuna largita est: quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo, nullam generositatem, nullam profapiam, nullos legos nataleis, nullas inuidiosas diuitias. Haec enim cuncta, ut dixi, aliena sunt. Sat è Per

tomo gloria est, qui talis fuit, ut eius nepotem non puderet. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit. Generosus est? parentes laudas. Diues est? non credo fortunæ, nec magis ista demiror. Validus est? ægritudine fatigabitur. Pernix est? abibit in senectutem. Formosus est? expecta paulisper, & non erit. At enim bonis artibus doctus, & apprimè est eruditus, & (quantum licet homini) sapiens, & boni consultus: tandem aliquando ipsum uirum laudas. Hoc enim nec à patre hæreditarium est, nec casu pendulum, nec à suffragio adminiculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit, & omnino cætera habere contempsit. Quin ergo & tu, qui te ad studium sapientiæ ingeris, aliquando caues, ut nihil alienum in laudibus tuis audias: sed ut, qui te uolet nobilitare, æque laudet, ut Accius Vlysssem laudauit in Philoctera suo, in eius Tragœdiæ principio:

*Inclyte, parua prædite patria, nomine celebri,  
Claroq; potens pectore, Achiuis classibus autor,  
Grauis Dardanis gentibus, ultor Laërtiadae.*

Novissimè patrem memorat. Cæterùm omnes laudes eius uiri audistis. Nihil mihi nec Laertes, nec Anticlia, nec \* arctissimus uendicat. Hæc enim tota, ut uides, laudis huius propria Vlyssi possessio est. Nec aliud te in eodè Vlyssse Homerus docet, qui semper ei comitem no-

*Minerua sc  
pitiena, qua  
comite om  
nia uita di  
scrimina uix  
cimus, ut  
Vlysses.*

luit esse prudentiam, quam poetico ritu Minerva  
 uam nuncupauit. Igitur hac eadem comite om-  
 nia horrenda subiit, omnia aduersa superauit.  
 Quippe ea adiutrice Cyclopi specus introiit,  
 sed egressus est: Solis boues uidit, & abstinentiam  
 ad inferos demauit, & ascendit. eadem sapientia  
 comite Scyllam præternauigauit, nec abro-  
 prus est: Charybdi cōspectus est, nec retentus  
 est: Circe poculum bibit, nec mutatus est: ad  
 Lotophagos accessit, nec remansit: Siree-  
 nes audiit, nec accessit.

L. APVLEII MA-  
 DAVRENSIS PHILOSOPHI

Platonici, Apologiae siue defensionis magiae, ad Clau-  
 dium Max. proconsulem, uirum clarissi-  
 mum, Oratio prima.

PRO SE IPSO.



CERTVS equidem eram, pro-  
 uerò obtinebam, Maxime Clau-  
 di, quiq; in consilio estis, Sice-  
 nium Aemilianum, senē noti-  
 simæ temeritatis, accusatione  
 mei prius apud te cœptâ, q̄ apud se cogitatâ, se-  
 nura criminū solis cōuicijs impleturū. Quis  
 pe insimulari quiuis innocēs potest: reuinci  
 si nocēs, nō potest. Quo ego uno præcipue cō-  
 fus, gratulor mediis fidius, q̄ mihi copia & fa-  
 cultas

Pro se ipſo prima.

139

entias te iudice obtigit, purgãdæ apud imperi-  
 tos philoſophiæ, & probãdi mei. Quanquã iſte  
 calumniæ, ut prima ſpecie graues, ita ad difficul-  
 tatẽ deſenſionis repẽringẽ fuẽre. Nã, ut memini-  
 ſti, dies abhinc quintus an ſextus eſt, cũ me cau-  
 ſam pro uxore mea Pudẽtilla, aduerſus Grani-  
 os agere aggreſſum, de compoſitõ, nec opinan-  
 tem, patroni eius inceſſere maledictis, & inſi-  
 mulare magicorum maleficioꝝ, ac deniq; ne-  
 cis Pontiani priuigni mei cœpẽre. Quæ ego  
 cum intelligerem, non tam crimina iudicio,  
 quã obiectamenta iurgio prolata, ultro eos  
 ad accuſandum crebris flagitationibus prouo-  
 caui. Ibi uerõ Aemilianus, cum te quoque a-  
 trius motum, & ex uerbis rem factam uideret:  
 quærere ocepit ex diffidentia latibulum ali-  
 quod temeritati. Igitur Pontianum fratris ſui  
 filium, quem paulõ prius occiſum à me clãmi-  
 rarat, † priuſquã ad ſubſcribendum compel-  
 litur, ilico oblitus eſt de morte cognati ado-  
 leſcentis, ſubitõ tacens tanti criminis deſcri-  
 ptionem. Tamen ne omnino deſiſtere uide-  
 retur, calumniam magiæ, quæ facilius infa-  
 matur quã probatur, eam ſolũ ſibi dele-  
 git ad accuſandum. Ac ne id quidem de pro-  
 feſſo audeat: uerũ poſtera die dat libellum,  
 nomine priuigni mei Siciniij Pudentis admo-  
 dum pueri: & aſcribit, ſe ei aſſiſtere nouo mo-  
 re per alium laceſſendi, ſcilicet ut obtentu eius

Pudentilla.

Pontianus.

† poſtquam.

Sicinius Pu-  
 dens.

ætatulæ, ipse in simulationis falsæ non plectetur. Quod cū tu solertissimè animaduertis, & iccirco eum denuò iussisses proprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita facturum, ne sic quidem quietus est, ut cominus ageret propellis, etiam aduersus te contumaciter eminens calumnijs uelitatus. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in assistendi uenia perseuerauit. Igitur & priusquam causa ageretur, facile intellectu cuius fuit, qualis nam accusatio futura esset, cuius qui fuerat professor & machinator, idem fides autor timeret: ac præsertim Sicinius Aemilianus, qui si quippiam ueri in me explorasset, nunquam profectò tam contanter hominem extraneum, tot tantorumq; criminum possessorisset, qui auunculi sui testamentum, quod nesciret, sciebat, pro falso infamaret: tanta quidem pertinacia, ut cum Lollius Urbicus V. C. uerum uideri, & ratum esse debere, de consilio consularium uirorum pronunciaisset, contra clarissimam uocem iurauerit ueracissimus tamen, illud testamentum fictum esse, ademptum ut ægrè Lollius Urbicus ab eius pernicie temperarit. Quam quidem uocem, & tua æquitate & mea innocentia fretus, spero in hoc quoque iudicio erupturam: quippe qui scientem innocentem criminatur, eo sanè facilius quòd iam ( ut dixi ) mentiens apud præfectum

Pro se ipso prima.

133

ctum urbis in amplissima causa conuictus est. Namque peccatum semel, ut bonus quisque postea sollicitius cauet: ita qui ingenio malo est, confidentius integrat: ac iam de cætero, quo sapius, eo apertius delinquit. Pudor enim, ueluti uestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. Et ideo necessarium arbitror pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar, maledicta omnia referare. Sustineo enim non modò meam, uerùm etiam philosophiæ defensionem, cuius magnitudo uel minimam reprehensionē proximam crimini aspernatur. Propter quod paulò prius patroni Aemiliani multa in me propriè conficta, & alia communiter in philosophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effuderunt. Quæ etsi possunt ab his utiliter blatterata, ob mercedem & auctora impudentiæ deprehensa haberi, iam cōcesso quodā more fabulis id genus, quo ferinæ solent linguæ suæ uirus alieno dolori locare: at tamen uel mea causa paucis refellenda sunt, ne is, qui sedulò laboro ut ne quid maculæ aut inhonestamenti in me admittam, uidear cuipiam, si quid ex friuolis præteriero, id ignouisse potius quàm contempsisse. Est enim pudentis animi & uerecundi, ut mea opinio fert, uel falsa uituperatione grauari: cū etiam hi qui sibi delicti alicuius conscij sunt,

*Pudens  
animus.*



tamen cum malè audiunt, impendiò com-  
moueantur, & obirascantur: quanquam exi-  
de, ubi malefacere cœperunt, consueuerint ma-  
lè audire. Quod si à cœteris silentium est, tamen  
ipsi sibi met conscij sunt, posse se meritò incre-  
pari. Enimuerò bonus & innoxius quisq; ru-  
dis & imperitas aureis ad malè audiendum li-  
bens, & laudis assuetudine contumeliæ inio-  
lens, multò tamen ex animo laborat, ea sibi in-  
meritò dici, quæ ipse possit alijs uerè obiecta  
re. Quod si fortè inepta uidebor, & oppro-  
briuola uelle defendere, illis debet ea res uini-  
uerti, quibus turpe est etiam hæc obiectasse  
non mihi culpæ dari, cui honestum erit etiam  
hæc diluisse. Audisti ergo paulò prius,  
» principio accusationis ita dici: Accusamus  
» pud te philosophum formosum, & tam Gra-  
» cè quàm Latine (proh nephas) disertissi-  
mum. Nisi fallor enim, his ipsis uerbis accu-  
sationem mei ingressus est Tannonius Pu-  
dens, homo uerè ille quidem disertissimus,  
quòd utinam tam grauiæ formæ & facundiæ  
erimina uerè mihi opprobriasset, non diffi-  
cile ei respondissem, quod Homericus Alexan-  
der Hectori:

*ἔτι ἀποβλήτ' ἔστ' ἰδῶν ἱερνύθια δῶρα,*

*δάσα νεφραὶ τὴν δῶσιν, ἕκαστ' ἐν αὐτῶν ἰδοίτε.* Id est:

Munera deùm gloriosissima nequaquã asper-  
nanda: quæ tamen ab ipsis tribui sueta, multa  
uolent

Pro se ipso prima.

135

uolentibus non obtingunt. Hæc ego de for *Licere etiã*  
 ma respondiſſem: prætereà, licere etiam philo- *philosophis*  
 ſophos eſſe uultu liberali: Pythagoram, qui *eſſe formoſo*  
 primùm eſſe ſe philoſophum nuncuparit, eum *ſis.*  
 ſui ſæculi excellentiſſima forma fuiſſe: item  
 Zenonem illum antiquum Velia oriundũ, qui  
 primus omnium dictionem ſolertiſſimo arti-  
 ficio ambifariam diſſolueret, eum quoq; Zeno-  
 nem longè decoriſſimum fuiſſe, ut Plato au-  
 tumat. Itemq; multos philoſophos ab ore ho-  
 neſtiſſimos memoriæ prodi, qui gratiam cor-  
 poris morum honeſtamentiſſimi ornauerunt. Sed  
 hæc deſenſio, ut dixi, aliquàm multum à me re-  
 mota eſt, cui præter formæ mediocritatẽ, con-  
 tinuatio etiam literati laboris omnem gra-  
 tiam corpore deterget, habitudinem tenuat,  
 ſuccum exorbet, colorem obliterat, uigorem  
 debilitat. Capillus ipſe, quem iſti aperto  
 mendacio ad lenocinium decoris promiſſum  
 dixere, uides quàm non ſit amœnus ac de-  
 licatus, horrore implexus atque impeditus,  
 ſtuppeo tormento aſimilis, & inæqualiter hir-  
 rus, & globoſus, & congeſtus, prorfus ineno-  
 dabilis diutina incuria, non modò comen-  
 di, ſed ſaltem expediendi & diſcriminandi.  
 Satis, ut puto, crinium crimen, quod illi quaſi  
 capitale intenderunt, refutatum eſt. De elo-  
 quentia uerò, ſi qua mihi fuiſſet, neq; mirũ, ne-  
 que inuidioſum deberet uideri, ſi ab ineũte quo

unis studijs literarum ex summis uiribus de-  
 tus, omnib. alijs spretis uoluptatibus, ad hoc  
 æui, haud sciam an ne super omnes homines  
 impenso labore, diuq; noctuq; cum despectu  
 & dispendio bonæ ualitudinis, eam quæsi-  
 sem. Sed nihil ab eloquentia metuant, quam  
 ego, si quid omnino promoui, potius spero  
 quam præsto. Sanè quidem si uerum est, quod  
 Statium Cæcilium in suis poematibus scripsisse  
 se dicunt, innocentiam eloquentiam esse: ego  
 uerò profiteor ista ratione, ac præ me fero, ne-  
 mini omnium de eloquentia concessurum.  
 Quis enim me hoc quidem pacto eloquentior  
 uiuat? quippe qui nihil unquam cogitavi,  
 quod eloqui non auderem. Eundem me aio  
 facundissimum esse. nam omne peccatum sem-  
 per nefas habui. Eundem disertissimum, quod  
 nullum meum factum uel dictum extet, de  
 quo differere publicè non possim: ita ut iam  
 de uersibus dissertabo, quos à me factos quæ-  
 si pudendos protulerunt, cum quidem me anti-  
 madnertisti cum risu illis succensentem, quod  
 eos absone & indoctè pronunciarent. Pri-  
 mò igitur legerunt è ludicris meis epistolium  
 de dentifricio, uersibus scriptum ad quendam  
 Calphurnianum, qui cum aduersum me eas li-  
 teras promeret, inuidit profectò cupiditate la-  
 dendi. Si quid mihi ex illis fieret criminofum,  
 id mihi secum esse cõmune. Nam petisse eum à  
 me

*Innocentia  
 eloquentia.*

Pro se ipso prima.

137

me aliquid tersui dentium, uersus testantur:

*Calphurniane salue properis uersibus.*

Nisi fortè in eo reprehendèdus sum, quòd Calphurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo æquius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina dentem atq; † ruffam pumicare gingiuam.

† ruffam.

*Misi, ut petisti, mundicias dentium,*

*Nitelas oris ex Arabicis frugibus,*

*Tenuem, candificum, nobilem puluisculum,*

*Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,*

*Conuertitorem pridianæ reliquæ,*

*Nequa uisatur tetra labes sordium,*

*Restrictis fortè si labellis riseris.*

Quæso quid habent isti uersus, re aut uerbo pendendum? quid omnino, quod philosophus suum nolit uideri? Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentis, cum mundicias oris uidelicet, orator ille asperè accusaret, & dentifriciū tanta indignatione pronunciarret, quanta nemo quisquam uenenum. Quid ni crimen haud contemnendum philosopho, nihil in se sordium finire, nihil uspiam corporis apertum, immundum pati ac fœtulentū, præsertim os, cuius in propatulo & conspicuo usus homini creberrimus, siue ille cuiuspiam osculum ferat, seu cum quicquam sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue in templo preces alleget; omnem quippe hominis actum ser-

sermo præt, qui (ut ait poeta) præcipuus è de-  
 tium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem  
 similiter grandiloquum, diceret suo mor-  
 cum primis, cui ulla fandi cura sit, imper-  
 sius cætero corpore os colendum, quod est  
 animi uestibulum, & orationis ianua, & cog-  
 tationum comitium. Ego certè pro meo capite  
 dixerim, nihil minus quàm oris illuuiem, li-  
 bero & liberali uiro competere. Est enim  
 pars hominis loco celsa, uisu prompta, u-  
 foecunda. Nam quidem feris & pecudibus  
 os humile, & deorsum ad pedes deiectum, in  
 stigio & pabulo proximum, nunquam ferum  
 nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, con-  
 spicitur. Hominis uerò nihil prius tacenti  
 nihil sapius loquentis, contemplare. Ve-  
 lim igitur censor meus Aemilianus respon-  
 deat, unquam ne ipse soleat pedes lauare? Ve-  
 si id non negat, contendat maiorem curam  
 mundiciarum pedibus, quàm dentibus im-  
 pertiendam. Planè quidem, si quis ita ut in  
 Aemiliane, nunquam fermè os suum nisi ma-  
 ledictis & calumnijs aperiat, censeo, ne ul-  
 la cura os percolat, neque ille exotico pulue-  
 re denteis emaculet, quos iustius carbone  
 rogo obtriuerit: neque saltem communi  
 qua perluat, quin ei nocens lingua, menda-  
 ciorum & amaritudinum præministra, sem-  
 per in fortutinis & olenticetis suis iaceat.

*Oris illuuiem  
 uiro liberali  
 cauenda.*

Nam

Pro se ipso prima.

139

Nam quæ malum ratio est, linguam mundam  
& lotam, uocem contrâ spurcam & tetram  
possidere? uiperæ ritu, niueo denticulo a-  
trum uenenum inspirare? Caterùm qui sese  
sciat rationem prompturum neque inutilem  
neque iniucundam, eius meritò os ut bono  
potui poculum prælabitur. Et quid ego de ho-  
mine nato diutius? Belua immanis croco-  
dilus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque (u-  
ti comperior) purgandos sibi dentes innoxio  
hiatu præbet. Nam quòd est ore amplo, sed  
elingui, & plerunque in aqua recluso, mul-  
tæ arundines dentibus implectuntur: eas il-  
li, cum egressus in præripia fluminis hiauit,  
una ex auibus fluuialibus amica auis, inie-  
cto rostro sine noxæ periculo exculpit. Mit-  
to hæc: uenio ad ceteros uersus, ut illi uocant,  
amatorios: quos tamen tam durè & rusticè  
legere, ut odium mouerent. Sed quid ad  
magica maleficia, quod ego pueros Scribo-  
nij Latii, amici mei, carmine laudaui? An ideo  
magnus, quia poeta? Quis unquam fando au-  
diuit tam similem suspicionem? tam aptam  
coniecturam? tam proximum argumentum?  
Fecit uersus Apuleius: si malos, crimen est:  
nectamè id philosophi, sed poetæ. Sin bonos,  
quid accusas? At enim ludicros & amatorios  
fecit. Num ergo hæc sunt crimina mea? Et no-  
mine erratis, qui me magiæ detulistis? Fecere  
tamen

Crocodylus.

Scribonius  
Latius.

tamen & alij talia: & si uos ignoratis, apud Græcos Teius quidam, & Lacedæmonius & cius cum alijs innumeris: & mulier Lesbia, lasciuia illa quidem, tantaq; gratia, ut nobis insolentiam linguæ suæ, dulcedine carminum commendet. Apud nos uerò, Aedituus, & Porcius, & Catullus. Isti quoq; cum alijs innumeris. At philosophi non fuere. Num igitur etiam Solem fuisse serium uirum, atq; philosophum negabis? cuius ille lasciuissimus uersus est:

*μείρων ἢ μείρων ἢ γλυκερὰ γόματ'.*

Et quid tam petulās habēt omnes uersus mei si cum isto uno cōtendantur? Vt taceam scriptoris. Id genus plurima recitem denuò, ut cōstant me eorum non pigere.

*Et Critias mea delicia sit salua Charine,*

*Pars in amore meo uita tibi remanet.*

*Ne metuas. nam me ignis & ignis torreat ut uult:*

*Hæc duas flammæ, dum potior, patiar.*

*Hoc modò sim uobis, unus sibi quisq; quod ipse est:*

*Hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.*

Recitem nunc & alios, quos illi quasi intemperatissimos postremum legere:

*Florea ferta, mecum mel, & hæc tibi carmina donos*

*Carmina dono tibi, ferta tuo genio,*

*Carmina, uti Critia lux hæc optata canatur,*

*Quæ bis septeno uere tibi remeat.*

Pro se ipso prima.

141

*Serta autem, ut lato tibi tempore tempora uernent:*

*Ætatis florem floribus ut decores.*

*Tu mihi da contra pro uerno flore tuum uer,*

*Vt nostra exuperes munera muneribus.*

*Pro implexis sertis, complexum corpore redde:*

*Proq; rosis, oris sauiæ purpurei.*

*Quod si animû inpires, dona et iam carmina nostra*

*Cedent uicta tuo dulciloquo calamo.*

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi commessoris, de sertis & canticis compositum. Hic illud etiam reprehendi animaduertisti, quod cum alijs nominibus pueri uocentur, ego eos Charinum & Critiam appellaturim. Eadem igitur opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit: & Tigidam similiter, quod quæ Metella erat, Perillam scripserit: & Propertium, qui Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet: & Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu: & quidem C. Lucullum, quanquam sit Iambicus, tamen improbarim, quod Gentilem & Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituuerit. Quanto modestius tandem Manutianus poeta, qui itidem ut ego, puerum amici sui Pollionis Bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum uerò Alexin uocat. Sed Aemilianus, uir ultra Virgilianos opiliones & busequas rusticanus, agrestis quidem semper & barba-



barbarus, uerum longe austerior ( ut putat ) Serranis & Curijs & Fabricijs, negat in genus uersus Platonico philosopho competere. Etiamne Aemiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos: cuius nulla carmina extant nisi amoris elegia. nam caetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. Discit igitur uersus Platonis philosophi in pueru Aestrea, si tamē tantus natu potes literas discere.

Ἀστράς ἀσκήθρῃ ἀτῆρ ἰμὸς, εἶδε γυροίμην

Ὀυρανὸς, ὡς πολλοῖς ὀμμασιν εἰς σὶ βλέπω.

Astra uides, utinam fiam, mi sidus, Olympus,

Vt multis sic te luminibus uideam.

Ἀτῆρ πρὶν μὲν ἱλαμπῆς ἰνὶ σοῖσιν ἰῶθ,

Νῦν δὲ θανάωρ λάμπας ἴσπῃθ ἰρ φθιμίνοισ.

Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster,

Hesperus à fato manibus ecce nites.

Item eiusdem Platonis, in Alexin Phædrum pueros, in coniuncto carmine:

\* ἴσθμ μόνον Νῦν ὅτι μὲν δὲν ἔλεξῃς † ἰὼν μόνε φατὶ καλῶν,

ἔφ' ὅτι καὶ \* πῶται, καὶ πάντῃ πᾶς τις ἰπιγρίφεται.

λός. Dixerit hic tantum cum nil, nisi pulcher Alexis,

\* ἰπῆται, καὶ Extitit, & uertunt quilibet in te oculos.

πάντῃ πᾶσι Οὐμὶ τί μὲν ὕας κούρ ὄγῃον, ἔτ' αὐτίσους

πυριβλίπῃται. Ὑγιρον, ἀχούτω φᾶιδρον ἀπωλίσσαμεν;

Cur anime os canibus monstras, afficisq; dolore

Postmodò non Phædrum sic prius amissimus?

Et ne plureis cōmemorem, nouissimū uersum eius de Dione Syracusano si dixerō, finē faci-

Pro se ipso prima.

143

Καὶ εἰ δ' ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ παρὰ τὴν ἰδέαν ἴσους ἀγοῖς,  
ὡ ἰσοῦν ἰσοῦντας ἀποδοῦν ἰσοῦντι δίκην.

Ciuius ingenti in patria laudate iaces nunc,

Qui insanum me animi reddis amore Dion.

Sed sum ne ego ineptus, qui hæc etiã in iudicio? an uos potius calumniosi, qui etiã hæc in accusatione? quasi ullum specimen morum fit, uersibus ludere? Catullum ita respondentem maleuolis, non legistis?

Nam castum esse decet pium poetam

Ipsam, uersiculos nihil necesse est.

Diuus Hadrianus, cum Voconij amici sui poetæ tumulum uersibus ueneraretur, ita scripsit:

Lasciuus uersu, mente pudicus eras.

Quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina, argumentum impudiciæ habenda. Ipsius etiã diui Hadriani multa id genus legere me memini. Audes igitur Aemiliane dicere, malè id fieri, quod Imperator, & Diuus, & Censor Hadrianus fecit, & factum memoriæ reliquit? Cæterum Maximum quicumque putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo à me factum? Cuius uersus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores: tanto pudicius compositi, quanto simplicius professi. Nãq; & id genus omnia dissimulare & occultare, peccantis: profiteri & promulgare, ludentis est. Quippe natura, uox innocentiae, silentium maleficio distributa.

Mitto

Versibus ludere, nullum esse morum specimen.

Duplex  
Venus.

Mitto enim dicere alta illa & diuina Platonicararissimo cuiq; piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita, geminam esse Veneream deam, proprio quancq; amore & diuini amatoribus pollentis. Earū alteram uulgari quæ sit percita populari amore, non modò humanis animis, uerū etiam pecuinis & feris ad libidinem imperitare, ut in modico truci percussorum animalium serua corpora cõplexu uincientem. Alteram uerò cœlitem Veneream prædita quæ sit optimati amore, solis hominibus, & eorum paucis curare: nullis ad turpitudinem stimulis uel illecebris sectatores percellentem. Quippe eius amore non amicum & lasciuum, sed contrà incomptum & ferium pulchritudine honestatis uirtutis amatoribus suis cõciliare: & si quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul absterrere. Neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quàm quòd aduermoneat diuinos animos eius pulchritudinis. Quapropter, ut semper, eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

*Amabit sapiens, cupient cæteri.*

Attamen si audire uerū uelis Æmiliane, uel si hæc intelligere unquã potes, nō tam amatorem sapiens, quàm recordatur. Da igitur ueniã Platoni philosopho uersuum eius de amore, ne egeat necessitate

Pro se ipso prima.

145

neceſſe habeam, contra ſententiam Neoptolemi Enniani pluribus philoſophari. uel ſi tu id non facis, ego me facile patiar in huiuſmodi uerſibus culpari cum Platone. Tibi autem maxime habeo gratiam propoſam, cum has quoq; appendices deſenſionis meæ, iccirco neceſſarias, quia accuſationi rependuntur, tam attentè audis: & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipſa crimina ſuper eſt, audias, ut adhuc feciſti libenter & diligenter. Sequitur enim de ſpeculo, longa illa & cenſoria oratio, de quo pro rei atrocitate penè diruptus eſt Pudens, clamitans, Habet ſpeculum philoſophus, Poſſidet ſpeculum philoſophus. Ut igitur habere concedam, ne aliquid obieciſſe te credas, ſi negaro: nõ tamen ex eo accipi me neceſſe eſt, exornari quoque ad ſpeculum ſolere. Quid enim ſi choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo arguementarè etiam, uti me conſueſſe Tragœdiſymatæ hiſtrionis, crotalouæ ad trieterica Orgia, mimi centunculo? Non opinor. Nam & contra plurimis rebus poſſeſſu careo, uſu fruor. Quod ſi neque habere utendi argumētum eſt, neq; non utendi non habere: & ſpeculi non tam poſſeſſio culpatur, quàm inſpectio: illud etiam doceas neceſſe eſt, quando, & quibus præſentibus, in ſpeculum inſpexerim. Quoniam, ut res eſt, maius piaculum

*Speculū non  
habet philoſophus.*

kkk

décernis?

decernis, speculum philosopho, quam Ceres  
 ris mundum prophano uidere. Cedo nunc  
 etsi inspexisse me fateor, quod tamē crimen  
 est imaginem suam nosse: eamq; non uno lo-  
 co conditā, sed quoquò uelis paruo speculo  
 promptam gestare? An tu ignoras; nihil est  
 aspectabilius homini nato, q̄ formam suam.  
 Equidem scio & filiorum chariores esse, qui  
 similes uidentur: & publicitūs simulachrum  
 suum cuiq;, quod uideat, pro meritis premio  
 tribui. Aut quid sibi statuae & imagines ue-  
 riss artibus effigiatae uolunt, nisi fortē quod  
 artificio elaboratū laudabile habetur, hoc na-  
 tura oblatū culpabile iudicandum est, cui  
 sit in ea uel magis miranda & felicitas & simi-  
 litudo? Quippe in omnibus manu faciundis  
 imaginibus opera diutinò sumitur, neq; ta-  
 men similitudo æquē ac in speculis compa-  
 ret. Deest enim & luto uigor, & saxo color,  
 & picturae rigor, & motus omnibus, qui pro-  
 cipua fide similitudinem representat. Cum  
 in eo uisitur imago mirè relata, ut similis, ita  
 mobilis, & ad omnem nutum hominis fa-  
 morigera: eadem semper contemplantibus  
 æquæua est, ab ineunte pueritia, ad obeun-  
 tem senectam, tot ætatis uices induit, tam u-  
 rias habitudines corporis participat: tot u-  
 tus eiusdem lætantis uel dolentis imitatur.  
 Enimuerò quòd luto fictū, uel ære infusum

Pro se ipso prima.

147

uel lapide incisum, uel cera inustum, uel pigmento illitum, uel alio quopiam humano artificio adsimilatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur, & ritu cadaueris unum uultum & immobilem possidet: tantum præstat imaginis artibus ad similitudinem referendum, læuitas illa speculi fabra, & splendor opifex. Aut igitur unius Agesilai Lacedæmonij sententia nobis sequenda est, qui se neq; pingi neq; fingi unquam, diffidens formæ suæ, passus est: aut si mos omnium cæterorum hominum retinendus uideatur, in statutis & imaginibus non repudiandis, cur existimes imaginem suam cuiq; uisendam potius in lapide, quam in argento? magis in tabula, q̄ in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo assiduo explorare?

Speculi potestates.

Agesilai sententia.

An non Socrates philosophus ultro etiam suauissime fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? ubi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatē corporis malis moribus dedecoraret. Qui uerò minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut uirtutis laude turpitudinē tegeret. Adeo uir omnium sapientissimus, speculo etiam ad disciplinā morum utebatur. Demosthenem uerò primarium dicendi artificem, quis est qui non sciat, semper ante speculum,

Socrates uisendum speculo suauis.

Demosthenes.

quasi ante magistrum, causas meditatum? ille summus orator, cum à Platone philosopho facundiam hausisset, ab Ebulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronunciandi congruentiam ab speculo periuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam rhetori iurgati, an philosopho obturganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti, an apud omnes homines semper de finibus agrorum litiganti, & de finibus bonorum & malorum docenti? Quid, quòd nec ob hæc debet tantummodum philosophus speculum inuisere. Nam sapienter oportet non modò similitudinem suam, utrum etiam + similitudinis ipsius rationem considerare. Num, ut ait Epicurus, profectæ à nobis imagines, uelut quædã exuuiæ, iugi fluxu à corporibus manantes, cum leue aliquod & solidum offenderunt, illi se reflectantur, & retro expressæ controuersim respondeant, an, uti alij philosophi disputant, radij nostris seu medijs oculis proliquati, & lumini extrinsecus mixti, atque muniti, uti Plato arbitratur, seu tantum oculis profecti, sine ullo foris adminiculo, ut Architas putat, seu intentu uisus facti, ut Stoici rentur, cum alicui corpori incidere spisso & splendido & læui, paribus angulis, quibus inciderat, resultent ad faciem suam.

+ similitudine ipsius rationis.

Pro se ipso prima.

149

suas reduces: atque ita quod extrâ tangūt ac  
uisant, id intra speculum imaginētur. Viden-  
tūr ne uobis debere philosophi hæc omnia  
uestigare & inquirere, & cuncta specula uel  
uda uel suda soli uidere? Quibus præter ista  
quæ dixi, etiâ illa ratiocinatio necessaria est,  
cur in planis quidē speculis fermē pares ob-  
tutus & imagines uideantur, in tumidis ue-  
rò & globosis omnia defectiora, at contrâ in  
cauis auctiora. Vbi, & cur læua cum dexte-  
ris permutentur, quâdo se imago eodem spe-  
culo tum recōdat penitus, tum foras exerat.  
Cur caua specula, si exaduersum soli retineā-  
tur, appositum fomitem accendunt: quī fiat,  
uti arquis in nubibus, uariē duo soles æmu-  
la similitudine uisuntur. Alia præterea eius-  
dem modi plurima, quæ tractat uolumine in-  
genti Archimedes Syracusanus, uir in omni *Archime-*  
quidem geometria multum ante alios admi- *des.*  
rabili subtilitate: sed haud sciam, an propter  
hæc uel maximē memorandus, quod inspe-  
xerat speculum sæpe ac diligenter. Quem tu  
librum, Aemiliane, si nosse, non modo cam-  
po & glebis, uerū etiam abaco & puluiscu-  
lo te dedisses. Mihi istud crede, quanquā te-  
terrimum os tuum minimū à Thyesta tragi-  
co demutet, tam profectò discendi cupidine  
speculum inuiseres, & aliquando relicto ara-  
tro mirarēre tot in facie tua sulcos rugarum.



At ego non mirer, si boni consulis me de ista  
 distortissimo uultu tuo dicere, de moribus  
 multo truculentioribus reticere. Ea res est  
 præterquam quod non sum iurgiosus, etiam  
 libenter te, nuper usque, albus an ater esses igno-  
 rauit, adhuc hercle non satis noui. Id adeo  
 etiam, quod & tu rusticando obscurus es, &  
 ego discendo occupatus: ita & tibi umbræ  
 ignobilitatis approbare obstitit, & ego non  
 quam studui malefacta cuiusquam cognoscere,  
 sed semper potius duxi mea peccata tege-  
 re, quam aliena indagare. Igitur hoc mihi aduer-  
 sum te usuuenit, quod qui fortè cõstitit in lo-  
 co lumine conlustrato, atque eum alter è tene-  
 bris prospectat. Nam ad eundem modum  
 quidem quid ego in propatulo & celebri agere  
 facile è tenebris tuis arbitraris, cum ipse hinc  
 militate abdita & lucifuga, non sis mihi mutuariis  
 conspicuus. Ego adeo seruator. Tu an ab eas  
 agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum  
 uicinis tuis cabis, neque scio, neque laboro.

*Ocea.* tu me scis eadem die treis Ocea manumissile  
 idque mihi patronus tuus inter cetera à te  
 edita obiecit. quanquam modico prius dixerat  
 me uno seruo comite Ocea uenisse: quomodo  
 quidem uelim mihi respondeas, qui potueris  
 ex uno treis manumittere, nisi & hoc magicum  
 est. Tantamne esse mentiendi cæcitatem dicis  
 an cõsuetudinè? Venit Apuleius Ocea cum

Pro se ipſo prima.

151

uno ſeruo : dein pauculis uerbis intergarri-  
tis, Apuleius Oeeæ una die treis manumifit.  
ne illud quidē credibile fuiſſet, cum tribus ue-  
niſſe, omnes liberaſſe: quod tamen ſi ita feciſ-  
ſem, cur potius treis ſeruos inopiæ ſignū pu-  
tares, q̄ treis libertos opulentię? Neſcis pro-  
fectò, neſcis Aemiliane, philoſophū accuſa-  
re, qui famulitij paucitatē obprobraris, quā  
ego glorię cauſa ementiri debuiſſem: quippe  
qui ſcirem, non modò philoſophos, quorum  
me ſectatorē fero, uerū etiam Imperatores  
populi Romani paucitate ſeruatorū gloriatos.  
Itāne tandē, ne hæc quidē legere patroni tui?  
M. Antoniū conſularē, ſolos octo ſeruos do-  
mi habuiſſe? Carbonem uerò illū, qui rebus  
potitus eſt, uno minus? At enim Manio Cu-  
rio, tot adoreis longè inclito, quippe qui ter-  
triūphū una porta egerit: ei igitur Manio Cu-  
rio, duos ſolos in caſtris calones fuiſſe? ita il-  
le uir de Sabinis, deq; Samnitibus, deq; Pyr-  
rho triumphator, paucioreis ſeruos habuit, q̄  
triumphos. M. aut Cato nihil oppertus ut alij  
de ſe prædicarent, ipſe in oratione ſcriptū re-  
liquit, cum in Hispaniā cōſul proficiſceretur,  
treis ſeruos ſolos ex urbe duxiſſe, quoniā ad  
uillam publicā uenerat, parum uiſum qui ute-  
retur, iuſſiſſe duos pueros in foro de menſa  
emi, eos quinq; in Hispaniā duxiſſe. Hæc Pu-  
dēs ſi legiſſet, ut mea opinio eſt, aut omnino

*Seruatorū pau-  
citas honori  
fica.*

## L. Apuleij apologia

huic maledictis supersedisset: aut in tribus  
 uis multitudinē comitum philosophi, quam  
 paucitatem reprehendere maluisset. Ideo  
 mihi etiam paupertatem obprobrauit, accu-  
 ptum philosopho crimen, & ultro profitemi  
 dum. Enimuerò paupertas olim philoso-  
 phiæ uernacula est, frugi, sobria, paruo po-  
 tens. æmula laudis, aduersum diuitias posse-  
 sa, habitu securo, cultu simplex, consilio bene-  
 suada, neminem unquam superbia inflauit,  
 neminem impotentia deprauauit, neminem  
 tyrannide efferauit, delicias uentris & inglu-  
 num neq; uult ulla, neq; potest. Quippe haec  
 & alia flagitia, diuitiarum alumni sunt. Ma-  
 xima quæq; scelera si ex omni memoria ho-  
 minum percenseas, nullū in illis pauperem  
 reperies, ubi contra hanc temerè inter illu-  
 stres uiros diuites comparent: sed quemcum-  
 que in aliqua laude miramur, eum paupertas  
 ab incunabulis nutricata est: paupertas in-  
 quam. prisca apud secula omnium ciuitatum  
 conditrix, omnium artium repertrix, omnium  
 peccatorum inops, omnis gloriæ munifica-  
 cunctis laudib. apud omnes nationes pec-  
 functa. Eadem enim est paupertas apud Gre-  
 cos in Aristide iusta, in Phocione benigna, in  
 Epaminonda strenua, in Socrate sapiens, in  
 Homero disertata. Eadem paupertas etiam pe-  
 pulo Rom. imperium à primordio fundauit.

*Paupertatis  
 laus.*

prop

Pro se ipso prima.

153

proque eo in hodiernum dijs immortalibus  
simpulo & catino fictili sacrificat. Quod si  
modò iudices de causa ista sederent C. Fabri-  
cius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorū filia  
ob paupertatem de publico dotibus donata  
ad maritos ierunt, portantes gloria domestica  
cam, pecuniā publicam: si Publicola regum  
exactor, & Agrippa populi recōciliator, quo-  
rum funus ob tenuis opes à populo Roma-  
no collatis sextantibus adornatum est; si At-  
tilius Regulus, cuius agellus ob similem pe-  
nuriā publica pecunia cultus est: si deniq; o-  
mnes illæ ueteres profapię Cōsulares & Cen-  
soriæ & triumphales, breui usura lucis ad iu-  
diciū istud remissæ audirent, auderēs ne pau-  
peratē philosopho exprobrare, apud tot Cō-  
sules pauperes? An tibi Claudius Maximus  
idoneus auditor uidetur ad irridendam pau-  
peratē, quòd ipse uberem & prolixam rem  
familiarem sortitus est? Erras Aemiliane, &  
longè huius animi frustra es, si eum ex fortu-  
næ indulgentia, non ex philosophiæ censura  
metiris; si uirum tam austeræ sectæ, tamque  
diutinæ militiæ non putas amiciorem esse  
coercitæ mediocritati, quàm delicatæ opul-  
tiæ: fortunā, uelut tunicā magis concinnam  
quàm longā probare. quippe etiam ea si non  
gestetur, & trahatur, nihilo minus quā lacinia  
præpendens impedit, & præcipitat. Etenim

Rem. clariss.  
uiri paupere  
res.

kkk 5

omnibus

Omne ni-  
mum mo-  
lestum.

† possit.  
Philosophos  
non esse pau-  
peres.

omnib. ad uitæ munia utēdis, quicquid ap-  
moderationē supergraditur, oneri potius  
usui exuberat. Igitur & immodicæ diuitiæ  
lut ingētia & enormia gubernacula, facili-  
mergunt q̄ regūt, quod habēt irritā copiam  
noxia nimietatē. Quin ex ipsis opulentioribus  
eos potissimū uideo laudari, qui nullo strep-  
tu, modico cultu, dissimulatis facultatibus  
gunt, & diuitias magnas administrant sine o-  
stentatione, sine superbia, specie mediocrita-  
tis pauperū similes. Quod si etiam ditibus ad  
argumentū modestiæ quæritur imago qua-  
piā & color paupertatis, cur eius pudeat te-  
nuiore, q̄ ea nō simulata, sed uerē fungimur.  
Possum quidē tibi & ipsius nominis contro-  
uersiā facere, neminē nostrū pauperē esse,  
qui superuacanea nolit, † poscit necessaria.  
quæ natura oppidō pauca sunt. Namq; is plu-  
rimū habebit, qui minimū desiderabit. Habi-  
bit enim quantū uolet, qui uolet minimū. Et  
iccirco diuitiæ nō melius in fundis & in fe-  
nore, q̄ in ipso hominis æstimantur animo.  
Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrum  
inexplebilis, nec montib. auri satiabitur, sed  
semper aliquid, antè parta uti augeat, mend-  
cabit. quæ quidē uera cōfessio est paupertat-  
tis. Omnis enim cupidō acquirēdi, ex opinio-  
ne inopiæ uenit. Nec refert q̄ magnum sit,  
quod tibi minus est. Nō habuit tantā rem fa-  
milia

Pro se ipso prima.

155

miliarem Philus, quantā Lælius: nec Lælius, quantā Scipio: nec Scipio, quantā Crassus diues. At enim nec Crassus diues, quantū uolebat. Ita cum omnibus superaret, à suamet auaritia superatus est: omnibusq; potius diues uisus est, q̄ sibi. At cōtrā hi philosophi, quos cōmemorauī, nō ultrā uolentes q̄ poterant, sed congruentibus desiderijs & facultatibus, iure meritoq; dites & beati fuerunt. Pauper enim fis appetendi egestate, diues nō egendi satietate: quippe qui inopia, desiderio, opulentia, fastidio cernuntur. Igitur Æmiliane, si pauperem me habere uis, prius auarum esse doceas necesse est. Quòd si nihil in animo deest, de rebus extraneis quantū desit nō laboro, quarum neq; laus in copia, neq; culpa in penuria cōsistit. Sed finge hæc aliter esse: ac me ideo pauperē, quia mihi fortuna diuitias inuidit: easq; ut feruē euenit, aut tutor imminuit, aut inimicus eripuit, aut pater non reliquit. hocine homini obprobrari pauperiē, quod nulli ex animalibus uitio datur: nō aquilæ, nō tauro, nō leoni. Equus si uirtutibus suis polleat ut sit æquabilis uector, & cursor pernix, nemo ei penuriā pabuli exprobat. Tu mihi uitio dabis, nō facti uel dicti alicuius prauitatē, sed quòd uiuo gracili lare, quòd pauciores habeo, parcius pasco, leuius uestio, minus obsono. Atqui ego contrā, quantulacūq; tibi hæc

Crassus omnibus potius diues uisus, q̄ sibi.

Pauper, autem.

hec uidentur, multa etiã, & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora coercere: tãto beator futurus, quãto collectior. Namq; animi, ita ut corporis, sanitas expedita, imbecillitas lacu- niosa est: certumq; signũ est infirmitatis, plu- ribus indigere. Prorsus ad uiuendũ, uelut ad natandũ, is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiã in ista uita humana tempe- states, leuia sustetatur, grauiam demersui. E- quidem didici, ea re pcedere maximẽ deos hominibus, quod nulla re ad usum sui inde- geat. Igitur ex nobis, cui q̄ minimis opus sit, sum esse Deo similitore. Proinde gratũ habi- tum, ad contumeliã diceretis, rem familiarem mihi peram & baculum fuisse: quod utinam tantus animi forem, ut p̄teream supelle- ctilem nihil quicq̄ requirerẽ, sed eundem or- natum dignẽ gestarẽ, quem Crates ultrõ di- uitijs abiectis appetiuit. Crates inquam, si- quid credis Aemiliane, uir domi inter Theba- nos proceres diues, & nobilis, amore huius habitus quem mihi obiectas, rem familiarem largã & uberem populo donauit, multis ser- uis à sese remotis solitatem delegit, arbores plurimas & frugiferas p̄ uno baculo spre- uit, uillas ornatissimas una perula mutauit, quam postea, comperta utilitate, etiam car- mine laudauit, flexis ad hoc Homericis uerbi- bus, quibus ille Cretã insulam nobilitat. Prin- cipian

*Dij qua po-  
tiss. re homi-  
nibus p̄ce-  
stent.*

*Crates diuis-  
ias pauper-  
tati postba-  
buit.*

Pro se ipso prima.

eipium dicam, ne me hęc ad defensionem  
putes confinxisse:

Κρῖται τις γὰρ ἐγὶ μίση ἐνὶ στήθεσι κένωται  
καὶ ἔχει πᾶρα περιρρήτους.

Iam cętera tam mirifica, quę si tu legisses, ma-  
gis mihi peram, q̄ nuptias Pudętillę inuidif-  
ses. Peram & baculũ tu philosophis exprobra-  
res. Igitur & equitibus faleras, & peditibus  
clypeos, & signiferis uexilla, & deniq; trium-  
phantibus quadrigas albas & togam palma-  
tam. Non sunt quidẽ ista Platonice sectę ge-  
stamina, sed Cynicę insignia familię. Verũta-  
men hęc Diogeni & Anistheni pera & bacu-  
lus, quod Regibus diadema, quod Imperato-  
ribus paludamentũ, quod Pontificibus gale-  
rum, quod lituus Auguribus. Diogenes qui-  
dem Cynicus, cum Alexandro Magno de ue-  
ritate regni certabundus, baculo sceptri uice  
gloriabatur. Ipse deniq; Hercules inuictus  
(quoniam hęc tibi ut quędam mendicabu-  
la animi sordent) ipse inquam Hercules lu-  
strator orbis, purgator ferarum, gentium do-  
mitor: is tamen deus cum terras peragraret,  
paulo prius q̄ in cœlũ ob uirtutes ascitus est,  
neq; una pelle uestitior fuit, neq; uno baculo  
comitator. Quod si hęc exempla nihili pu-  
tas, ac me non ad causam agendam, uerũ  
ad censum differendũ uocasti, ne quid tu re-  
rum mearũ nescias, si tamen nescis, profiteor  
mihi

Pera & bac-  
culus philo-  
sophi infir-  
gnia.

Diogenes  
Cynicus.

Hercules:



Apuleij pa-  
trimonium.

Elegans si-  
mile.

Aemilianus  
Charon cur  
dictus.

Mores He-  
randi, non  
patria.

mihī ac fratri meo relictu à patre H S. uiginti  
quod est uicies, paulo secus: idq; à me longa  
peregrinatione, & diutinis studijs, & crebris  
liberalitatibus, modicè imminutu. Nā & am-  
corū plerisq; opem tuli, & magistris plurimis  
gratiā retuli, quorūdam etiā filias dote auxi  
neq; enim dubitassem equidē uel uniuersu  
patrimoniū impendere, ut acquirerem mihi  
quod maius est contemptu patrimonij. Tu  
uerò Aemiliane, & id genus homines, ut in-  
es, inculti & agrestes, tanti reuera estis, quan-  
tum habetis: ut arbor infœcunda & infelix,  
quę nullū fructū ex sese gignit, tanti est in pre-  
cio, quāti lignū eius in trunco. Attamē parca  
postea, Aemiliane, paupertatē cui piā obiecta  
re, qui nuper usq; agellū Zarathensem, quē ti-  
bi unicū pater tuus reliquerat, solus uno alio  
lo ad tempestiuū hymbre, triduò exarabas.  
Neq; enim diu est cū te crebre mortis, ppi-  
quorū immeritis hæreditatib. fulserūt. Vnde  
tibi potius, q̄ ob istā teterrimā faciē, Charon  
nomē est: De patria mea uerò, quod eā fr-  
Numidiæ & Getulię in ipso cōfinio, meis sen-  
ptis ostendi, scis quibus memet p̄fessus sum  
cum Lolliano Auito præsentē publicè disse-  
rerem, Seminumidā & Semigetulū. Non ubi  
deo, quid mihi sit in ea re pudendum: haud  
minus q̄ Cyro maiori, quod genere mixto  
fuit Semimedus ac Semiperfa. Nō enim ubi  
prognatus

Pro se ipſo prima.

159

prognatus, ſed ut moratus quiſq; ſit, ſpectan-  
dum: nec qua regione, ſed qua ratione ui-  
tam uiuere inierit, conſiderandum eſt. Oli-  
tori & cauponi merito eſt conſeſſum, olus &  
uinum ex nobilitate ſoli commendare: ui-  
num Thaſium, olus Phliaſium. quippe illa  
terra alumna multum ad meliorem ſaporem  
iuuerit, & regio ſœcûda, & cœlum pluuium,  
& uentus clemens, & ſol apricus, & ſolum  
ſuccidum. Enimuerò animo hominis extrin-  
ſecus in hoſpitiû corporis immigranti, quid  
ex iſtis addi uel minui ad uirtutẽ uel mali-  
ciã poteſt? Quando non in omnibus gentibus  
uaria ingenia prouenere: quanquam uidean-  
tur quædam ſtulticia uel ſolertia inſignio-  
res. Apud ſocordiſſimos Scythas, Anachar-  
ſis ſapiens natus eſt: apud Athenienſes ca-  
tos, Meletides fatuus. Neque hoc eò dixi,  
quò me patriæ meæ pœniteret, etſi adhuc  
Syphacis oppidum eſſemus: quo tamen ui-  
cto, ad Maſiniſſam regem conſeſſimus, mu-  
nere populi: ac deinceps ueteranorum mi-  
litum nouo conditi, ſplendidiffima colonia  
ſumus, in qua colonia patrem habui loco  
principis Duumuiralem cunctis honoribus  
perfunctum. Cuius ego locum in ea repub.  
exinde ut participare curiam cœpi, nequa-  
quam degener, pari ſpero honore & exti-  
matione tueor. Cur ergo illa protuli? Ut  
mihi

Apuleij  
patria.

Zarat.

mihi tu, Aemiliane, minus posthac successe  
 potiusq; ut ueniã impertias, si per negligẽ  
 tiam fortẽ nõ elegi illud tuum Atticũ Zarat  
 ut in eo nascerer. Nonne uos puditũ est, hæ  
 crimina, tali uiro audiente, tam asseuerante  
 obiectare? friuola & inter se repugnantia  
 mul promere? & utraq; tamen reprehende  
 re? At non contraria accusatis? peram & ba  
 culum, ob auctoritatẽ: carmina & speculũ, ob  
 hilaritatẽ: unum seruum, ut deparci: tres  
 bertos, ut profusi? præterea eloquentiã Gra  
 cam, patriam barbaram? Quin igitur tande  
 expergiscimini? At uos cogitatis apud Cla  
 dium Maximũ dicere, apud uirum seuerũ, &  
 totius prouinciã negocijs occupatũ? Quin  
 inquã uana hæc cõuicia aufertis? quin obse  
 ditis, quid insimulauistis? scelera immania  
 & inconcessa maleficia, & arteis nefandas  
 Cur uestra oratio rebus flaccet, strepitu u  
 get? Aggredior enim iam ad ipsum crimĩ  
 magie, qua ingenti tumultu ad inuidiã me  
 accensum, frustrata expectatione omniã pe  
 nescio quas anileis fabulas deflagrauit. E  
 quando ne uidisti Maxime, flammam stre  
 la exortam, claro crepitu, largo fulgore, cõ  
 incremento? sed enim materia leuis, caduc  
 incendio, nullis reliquijs? Hem tibi illa ace  
 fatio iurgijs inita, uerbis aucta, argumẽtis  
 secta, nullis post sententiam tuam reliquijs  
 calum

Pro se ipso prima.

161

calumniæ permansura. Quæ quidem om-  
nis Aemiliano fuit in isto uno destinata, me  
magum esse: & ideo mihi libet quærere, ab  
eruditissimis ei aduocatis, quid sit magus.  
Nam si, quod ego apud plurimos lego, Per-  
sæ linguæ magus est, qui nostra sacerdos:  
quod tandem est crimē, sacerdotem esse: &  
ritē nosse, atque scire, atque callere, leges ce-  
rimoniarum, fas sacrorum, ius religionum?  
Si quidem magia id est quod Plato interpre-  
tatur *ἐπιθυμία*, cum commemorat, qui-  
bus nam disciplinis puerum regium adole-  
scentem Persæ imbuant. Verba ipsa diuini  
uiri memini, quæ tu mecum Maxime reco-  
gnosce, dicentia: *Δις ἐστὶ τὰ ἀεὶ γνησόμεθων ἐπιθυ-  
μίᾳ τῶν πᾶσι βασιλευμένων, οὓς ἐκείνοι βασιλεὺς ἀποδιδύν-  
τες ἐνομιάζονται, αἱ δὲ ἐστὶν γνησίοι προσώποι αἱ ἀριστοὶ διὰ  
ξυσίας ἐν ἡλικίᾳ τῆς ἀρετῆς, ὅτι σοφώτατοι, καὶ ὁ δεινότητος  
τοῦ καὶ ἀσφραγίστατοι, καὶ ὁ ἀνδραγαθώτατοι. ὧν ὁ μὲν μα-  
γῆν τὴν διδασκῆναι πᾶσι Ζωροάστρου, τοῦ ἰσομήλου. ἐστὶ δὲ τῆ  
τοῦ διᾶν ἰσοπραξία. διδασκῆναι δὲ καὶ τὰ βασιλικὰ.* Au-  
ditis ne magiam, qui eam temerè accusatis,  
artem esse dijs immortalibus acceptam, co-  
lendi eos ac uenerandi pergnaram, piam sci-  
licet, & diuini sciētē, iam inde à Zoroastre  
& Oromazo autoribus suis nobilem, cœlitū  
antistitem: quippe inter prima regalia do-  
cetur: nec ulli temerè inter Persas cōcessum  
est magum esse, haud magis quàm regnare.

Magus  
quid.

Magia.

Magorum  
dignitas  
apud Per-  
sas.

Idem Plato in alia sermocinatione, de Zamolxi quodam Thraci generis, sed eiusdem artis uiro, ita scriptum reliquit:

\* \*

*Magus uul-  
gò quis.*

Quod si ita est, cur mihi nosse non liceat  
Zamolxi bona uerba, uel Zoroastri sacerdotia? Sin uerò more uulgari, cum isti propriè magum existimant, qui cõmunionè loquendi cum dijs immortalibus, ad omnia que uolunt incredibilem quadam uicantaminum polleat: oppidò miror, cur accusare non timerint, què posse tantum fatentur. Neq; enim tantum occulta & diuina potètia caueri potest, ita ut cætera. Sicariùm qui in iudicium uocat, commitatus uenit. Qui uenenarium accusat, serpens pulosius cibatur. Qui furem arguit, sua culpa dit. Enim uerò qui magum, qualem isti dicunt, in discrimen capitis deducit, quibus comitiis, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem cæcam & inuitabilem prohibeat? Nullis scilicet. & ideo id genus crimen non est eius accusare, qui credit. Verùm hæc ferè me communi quodam errore imperitorum philosophis obiectantur: ut partim eorum qui corporum causas ineras & simplicis naturam, irreligiosos putent, eoq; aiant deo abnuere: ut Anaxagorà, & Leucippum, & Democritum, & Epicurum, cæterosq; rerum naturæ patronos. partim aut, qui prouidentiam mundi

*Philosophi  
cur magi ple-  
runq; existi-  
mentur.*

Pro se ipſo prima.

163

mūdi curioſius ueſtigāt, & impenſius deoſ  
 celebrant, eoſ uerò uulgò magoſ nominēt:  
 quaſi facere etiā ſciant, quæ ſciāt fieri. ut olim  
 fuere Epimenides, & Orpheus, & Pythago-  
 ras, & Oſtanes. ac dein ſimiliter ſuſpecta eſt  
 Eocli Cathorino, Socrati Dæmonion Plato-  
 nis, τὸ δὲ γὰρ. Gratulor igitur mihi: cum & ego  
 tot & tantis uiriſ adnumeror. Cæterūm quæ  
 ab illiſ ad oſtendendum crimen obiecta ſunt  
 uana & inepta & ſimplicia, uereor ne ideo  
 tantum crimina putes, quòd obiecta ſunt.  
 Cur, inquit, piſcium quædam genera quæſi-  
 ſti? quaſi id cognitioniſ gratia philoſopho fa-  
 cere non liceat, quòd luxurioſo gulæ cauſa li-  
 ceret? Cur mulier libera tibi nupſit poſt  
 annoſ tredecim uiduitatiſ? Quaſi non magiſ  
 mirandum ſit, quòd tot anniſ non nupſerit.  
 Cur priuſ quàm tibi nuberet, ſcripſit neſcio  
 quid in epiſtola, quod ſibi uidebatur? Quaſi  
 quiſquam debeat cauſaſ alienę ſententię red-  
 dere. Atenim maior natu non eſt iuuenem  
 aſpernata. Igitur hoc ipſum argumētum eſt,  
 nihil opuſ magia fuiſſe, ut nubere uellet mu-  
 lier uiro, uidua cœlibi, maior iuniori. Iam  
 & illa ſimilia: Habet quiddam Apuleiuſ do-  
 mi, quod ſanctè colit. Quaſi non id potiuſ cri-  
 men ſit, quod colat non habere. Cecidit  
 præſente Apuleio puer. Quid enim ſi iuueniſ,  
 quid ſi etiam ſenex adſiſtente me corruiffet?

uel morbo corporis impeditus, uel lubrico  
 foli prolapsus? Hiscine argumentis magiam  
 probatis? casu puerili, & matrimonio mulie-  
 ris, & obsonio piscium? Possem equidem be-  
 no periculo, uel his dictis contentus perora-  
 re. Quoniam tamen mihi pro accusationis  
 longitudine largitur, atque superest: cedo, si  
 uidetur, singula consideremus. Atque ego  
 omnia obiecta, seu uera, seu falsa sint, non ne-  
 gabo: sed perinde atq; si facta sint fatebor, et  
 omnis ista multitudo, quæ plurima undiq;  
 ad audiendum conuenit, apertè intelligat, ni-  
 hil in philosophos non modò uerè dici, sed  
 ne falsò quidem posse confingi, quod non ex  
 innocentia fiducia, quamuis liceat negare  
 tamen habeant potius defendere. Primitus  
 igitur argumenta eorum cõuincam, ac re-  
 tabo, nihil ea ad magiam pertinere: deinde  
 etsi maximè magus forem, tamen ostendam  
 neque causam ullam, neq; occasionem fuisse  
 se, ut me in aliquo maleficio experirentur. De  
 etiam de falsò inuidia, deq; epistolis mulieris  
 perperam lectis, & nequius interpretatis  
 deq; matrimonio meo ac Pudentillæ dispo-  
 rabo. Idq; à me susceptum potius officij gra-  
 tia, quàm lucri causa, docebo. Quod quidem  
 matrimonium nostrum Aemiliano huic, in-  
 manè quanto angore, quantæq; inuidiæ fuit  
 inde omnis huiusce accusationis obeundæ

Pro se ipso prima.

165

ira & rabies, & denique insania exorta est. Quæ si omnia palàm & dilucidè ostendero: tunc denique te, *Claudi Maxime*, & omnibus qui adsunt cõtestabor, puerum illum *Sicinnium Pudentem* priuignum meũ, cuius obtentu & uoluntate à patruo eius accusor, nuperrimè curæ meę ereptum, postquàm frater eius *Pontianus* & natu maior, & moribus melior, diem suum obiit: atque ita in me ac matrem suam nefariè efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studijs, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo *Aemiliano* potius quàm fratri *Pontiano* similem futurum. Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia *Aemiliani* huiusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem magiæ, quasi ualidissimũ in principio dici animaduertisti, nonnulla me pisciũ genera per quosdam pisces precio quæfisse. Vtrum igitur horum ad suspectandam magiam ualet, quod ne pisces mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negocium istud dandum fuisse, atque ita opera cuiusque artis permutanda, si uellem calumnias uestras uitare, ut faber mihi piscem, ut piscator mutuò lignũ dedolaret? An ex eo intellexistis maleficio quæri pisciculos, quod precio quærebantur? Credo si conuiuio uellem, gratis quæfissem. Quin igitur etiam

*Sicinnius  
Pudens.*



tur etiã ex alijs plerisq; me arguitis? Nam sæ-  
 penumero & uinum, & olus, & pomum, & præ-  
 nem precio mutari. Eo pacto cupediarijs om-  
 nibus famem decernis. Quis enim ab illis  
 obsonare audebit? Siquidem statuitur, om-  
 nia edulia, quæ de penso parãtur, non cernuntur  
 sed magiæ desiderari. Quod si nihil remaneat  
 suspicionis, neq; in piscatoribus mercede in-  
 uitatis, ad quod solent ad piscem capiũdum  
 quos tamen nullos ad testimoniũ producere,  
 quippe qui nulli fuerunt: neq; in ipso pre-  
 cio rei uenalis, cuius tamen quantitatem nul-  
 lam taxauere, ne si mediocre preciũ dixissent  
 contemneretur: si plurimum, non crederetur.  
 Si in his, ut dico, nulla suspicio est: respondeat  
 mihi Æmilianus, quo proximo signo accusa-  
 tionem magiæ sit inductus. Pisces  
 inquit, quæris. Nolo negare. Sed oro te, quæ-  
 pisces quærit, magus est? Equidem non magi-  
 gis arbitror, quàm si lepores quærerem, uel  
 apros, uel altilia. an soli pisces habent aliquod  
 occultum alijs, seu magis cognitũ. Hoc si scire  
 quid sit, magus es profectò: sin nescis, con-  
 tearis necesse est, id te accusare, quod nescis.  
 Tam rudeis uos esse omnium literarum, om-  
 nium deniq; uulgi fabularum, ut ne fingere  
 quidẽ possitis ista uerissimiliter? Quid enim  
 competit ad amoris ardorem accëndendum  
 piscis brutus & frigidus, aut omnino res pe-  
 lig

Pro se ipso prima.

167

lago quæ sita? Nisi fortè hoc uos ad mendacium induxerit, quòd Venus dicitur pelago exorta. Audi sis tam non impudens quam multa nescieris, qui de piscibus argumentum magiæ recepisti. At si Vergilium legis, profectò scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim, quatum scio, enumerat uittas molleis, & uerbenas pingueis, & thura ma-  
*Magiæ ins-  
trumenta:*  
scula, & licia discolora, præterea laurum fragilem, linum durabilem, cæram liquabilem: nec minus, quæ iam in opere serio scripsit,

*Falcibus & messe ad lunam quæruntur abenis*

*Pubentes herbae, nigri cum lacte ueneni.*

*Queritur & nascentis equi de fronte reuulsus,*

*Et matri præreptus amor. —*

At tu pisciū † insimulatoꝝ, longè diuersa in- † *insimulatoꝝ*  
strumenta magis attribuis, non frontibus te-  
neris detergèda, sed dorsis squalentibus ex-  
cindenda: nec fundo reuellenda, sed profun-  
do extrahenda: nec falcibus metenda, sed ha-  
mis inuncunda. Postremò, in maleficio ille  
uenenum nominat, tu pulmentum: ille her-  
bas & furculos, tu squamas & ossa: ille pratū  
decerpit, tu fluctum scrutaris. Memoraf-  
sem tibi etiam Theocriti paria, & alia Home-  
ri, & Orphei plurima, & ex comædijs &  
tragædijs Græcis & ex historijs multa re-  
perissem, ni te dudum animaduertissem

Græcam Pudencillæ epistolam legere ne  
 quiuisse. Igitur unum etiam poetam Latinum  
 attingam, uersus ipsos, quos agnoscent quod  
 Lælium legere:

*Philtrea omnia undique eruant,*

*Antiphaticis illud queritur,*

*Trochiscili, ungues, tenia,*

*Radicula, herba, surculi,*

*Auræ ilices, bichordila,*

*Hinnientum dulcedines,*

Hæc & alia quæsisse me potius, quam pisces  
 longè uersumilius confinxisses. His etenim  
 fortasse per famam peruulgatâ fides fuisse  
 si tibi ulla eruditio adfuisse. Enim uero pi-  
 scis ad quam rem faciat captus, nisi ad epula-  
 coctus: cæterum ad magiam nihil. Quamquam  
 uideatur nihil adiutare, dicam unde id con-  
 iectem. Pythagoram plerique Zoroastri  
 ctatorem, similiterq; magiæ peritum arbitra-  
 ti, eum memoria prodiderunt, cum animam  
 uertisset proximè Metapontû, in littore Ita-  
 liæ suæ, quam subsiciuam Græciam fecerat,  
 quibusdam piscatoribus euerriculum trahi-  
 fortunam iactus eius emisse: & precio dato  
 iussisse illico pisces eos qui capti tenebatur  
 solui retibus, & reddi profundo. Quos scilicet  
 cet eum de manibus amitturum non fuisse,  
 quid in his utile ad magiam cõperisset. Sed  
 enim uir egregiè doctus, & ueterum æmula

*Pisces ad  
 magiam ni-  
 hil facere.*

Pro se ipso prima.

169

tor, meminerat Homerū poetam multiscīū,  
uel potius cunctarum rerum adprimè peri-  
tum, uim omnem medicaminum non mari,  
sed terræ scripsisse, cum de quadam saga ad  
hunc modum memorauit:

\* \*

Itemque alibi carminum similiter:

\* \*

Cum tamē nunquam apud eum marino ali-  
quo & pisculento medicauit, nec Protheus  
faciem, nec Ulysses scrobem, nec Aeolus fol-  
lem, nec Helena crateram, nec Circe poculū,  
nec Venus cingulum. At uos soli reperti estis  
ex omni memoria, qui uim herbarum, & ra-  
dicum, & surculorum, & lapillorum, quasi  
quadam colluione naturæ, de summis mō-  
tibus in mare transferatis, & penitus pisciū  
uentribus insuatis. Igitur ut solebat ad ma-  
gorum ceremonias aduocari Mercurius car-  
minum uector, & illex animi Venus, & Lu-  
na noctium conscia, & manium potens Tri-  
uia: uobis authoribus posthac Neptunus cū  
Salacia, & Portunus cū omni choro Nerei-  
dum, ab æstibus fretorum ad æstus amorum  
transferentur. Dixi cur non arbitrer quic-  
quam negocij esse magis & piscibus. Nunc, si  
uidetur, credamus Aemiliano, solere pisces  
etiam ad magicas potestates adiuuare. Num  
ergo propterea, quicumque piscem quærit, &

Magia dy.

ipse magus est: Eo quidem pacto, & qui myr-  
 parones quæsserit, pirata erit: & qui uectem  
 perfossor: & qui gladium, sicarius. Nihil in re-  
 bus omnibus tam innoxium dices, quin  
 possit aliquid aliquà obesse: nec tam lætum  
 quin possit ad triftitudinem intelligi. Nec tra-  
 men iccirco omnia ad nequiores suspicio-  
 nem trahuntur, etsi thus & casiam & myr-  
 rham, cæterosq; id genus odores funeri tan-  
 tum emptos arbitreris, cum & medicamen-  
 to parentur, & sacrificio. Cæterum eodem

*Menelai* piscium argumento, etiam *Menelai* socij  
*socij.* putabis magos fuisse, quos ait Poeta præci-  
 pius, flexis hamulis apud Pharam insulam  
 famem propulsasse: etiam mergos, & delphi-  
 nos, & scyllas, tu eodem referes: etiam gal-  
 lones omnes, qui impenso pisces precio a  
 scatoribus mercantur: etiam ipsos piscato-  
 res, qui omnium generum piscis arte acqui-  
 runt. Cur ergo & tu quæris? Nolo equidem  
 nec necessarium habeo tibi dicere: sed per te  
 si potes, ad hoc quæsisse me argue, ut si helle-  
 borum, uel cicutam, uel succum papaueris  
 emissem, item alia eiusdem modi, quorum  
 moderatus usus salutaris, sed commixtio u-  
 quantitas noxia est, quis æquo animo patere-  
 rur, si me per hoc ueneficij arcesseres, quod  
 ex illis potest homo occidi? Videamus  
 men quæ fuerint piscium genera, tam necesse

Pro se ipso prima.

171

saria ad habendum, tamq̄; rara ad reperien-  
 dum, ut meritò statuto præmio quærerentur. Tria omnino nominauerant: unum falsi, duo mentiti. Falsi, quòd leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themis conseruus noster, medicinæ non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciendum. nam quidem leporem nondum etiam inuenit. Sed profiteor me quærerere & cætera, non piscatoribus modo, uerùm etiam amicis meis negotio dato, quicumque minus cogniti generis piscis inciderit, ut eius mihi aut formam commemorent, aut ipsum uiuum, si id nequierint, uel mortuum ostendât. Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi uidentur, cum me ad finem calumniæ confinxerunt, duas res marinas, impudicis uocabulis quæsisse: quas Tannonius ille, cum utriusq; sexus genitalia intelligi uellet, sed eloqui propter infantiam cauidicus summus nequiret, multum ac diu hæsitato, tandem uirile marinum, nescio qua circumlocutione malè ac sordidè nominauit. Sedenim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea scripta cõfugit, quia & è quodam meo libro legit: Interfœminium tegat, & fœmoris obiectu, & palmæ uelamento. Hic etiam, pro sua grauitate, uitio

Lepus marinus.

uitio mihi uortebat, quod me nec sordidior  
dicere honestè pigeret. At ego illi contra  
stius exprobrauerim, quod qui eloquent  
patrocinium uulgò profiteatur, etiam hon  
sta dictu sordidè blatteret, ac sæpe in reb  
nequaquam difficilibus fringultiat, uel on  
nino obmutescat. Cedo enim, si ego de Ve  
neris statua nihil dixissem, neque interfen  
nium nominassem, quibus tandem uerbo  
accusasses crimen illud, tam stulticiæ quæ  
linguæ tuæ congruens? an quicquam flu  
tius, quàm ex nominum propinquitate uis  
similem rerum coniectari? Et fortasse,  
præcutè reperisse uobis uidebamini? quæ  
quæsisse me fingeretis ad illecebras magis  
duo hæc marina, ueretillam, & uirginal.  
enim nomina rerum Latina: quæ propter  
uariè nominauit, ut denuò instructus accu  
ses. Memento tamen tam ridiculum argum  
tum fore, desiderata ad res uenereas maris  
obscæna, quàm si dicas marinum pectine  
comando capillo quæsitum, uel aucupand  
uolantibus piscem accipitrem, aut uenand  
apris piscem apriculum, aut eliciendis mor  
tuis marina caluaria. Respondeo igitur  
hunc uestrum locû, non minus insultè quàm  
absurdè commentum, me hæc nugas me  
rinas, & quisquillas littoraleis, neque præter  
neque gratis quæsisse. Illud etiam præter  
respon

Pro se ipso prima.

173

respondeo, nescisse uos, quid à me quaesitum  
fingeretis. Hæc enim friuola, quæ nomina-  
tis, pleraq; in litoribus omnibus congestim  
& acruatim iacent, & sine ullius opera, quã-  
libet leuiter motis flucticulis ulro foras e-  
uoluuntur. Quin ergo dicitis me eadẽ opera  
precio inpẽso per plurimos piscatores que-  
sisse de litore, conchulam striatam, testam ha-  
bentem, calculum teretem: præterea cancro-  
rum furcas, echinorum caliculos, lolliginum  
ligulas: postremò assulas, festucas, resticu-  
las, & ostrea Pergami uermiculata: denique  
muscum, & algam, & cetera maris eiectionem  
ta, quæ ubique litorum uentis expelluntur,  
salo expuuntur, tempestate recipiuntur,  
tranquillo deseruntur. Neque enim minus  
istis, quæ commemorauit, accommodari  
possunt, similiter ex uocabulo suspensiones.  
Posse dicitis ad res uenereas sumpta de mari  
spuria & fascina, propter nominum similitu-  
dinem: quĩ minus possit ex eodem littore  
calculus ad uesicam, testa ad testamentum,  
cancer ad ulcera, alga ad quercetum? Næ tu  
Claudi Maxime nimis patiens uir es, & op-  
pidò proxima humanitate, qui hasce eo-  
rum argumentationes diu herclè perpeffus  
sis. Equidem cum hæc ab illis quasi grauias  
& inuincibilia dicerentur, illorum stultici-  
am ridebam, tuam patientiam mirabar. Ceterum



terum, quamobrem plurimos iam piscis  
 gnouerim, quorundam adhuc nescius  
 nolui, discat Æmilianus, quoniam usque  
 deò rebus meis curat: quanquam est iam  
 cipiti æuo, & occidua senectute, tamen  
 uidetur, suscipiat doctrinam, seram plane  
 post uinum: legat ueterum philosophorum  
 monumenta, tandem ut intelligat, non  
 primùm hæc requisisse, sed iam pridem  
 iores meos, Aristotelem dico, & Theophras-  
 tum, & Eudemum, & Lyconem, ceteros  
 que Platonis minores, qui plurimos libros  
 de genitu animalium, deque particulis, de  
 que omni differentia reliquerunt. Bene  
 quòd apud te Maxime, causa agitur, qui pro  
 tua eruditione legisti profectò Aristotelis  
*περὶ ζώων γενέσεως, περὶ ζώων ἀνατομῆς, περὶ ζώων ἰσχυ-*  
 multijuga uolumina: præterea problemata  
 innumera eiusdem, tum ex eadē secta  
 terorum, in quibus id genus uaria tractantur  
 quæ tanta cura conquisita, si honestū & glori-  
 riosum fuit illis scribere, cur turpe sit nobis  
 experiri: præsertim cum ordinatius & con-  
 bilius, eadem Græcè & Latinè adnitari  
 scribere, & in omnibus aut omissa acquirere  
 aut defecta supplere: Permittite, si opera  
 quædam legi de magicis meis, ut sciat  
 Æmilianus, plura quàm putat quærere,  
 sedulò explorare. Prome tu librum ex Græ-  
 cis meis

Pro se ipso prima.

tis meis, quos fortè hic amici habuere, sedu-  
 liq; naturalium quæstionum: atq; eum maxi-  
 mè, in quo plura de piscium genere tractata  
 sunt. Interea, dum hic quærit, ego exemplum  
 rei competens dixerò. Sophocles poe-  
 ta Euripidi æmulus & superstes ( uixit enim  
 ad extremam senectam ) cum igitur accusa-  
 retur à filio suomet dementiæ, quasi iam per  
 ætatem desiperet, protulisse dicitur Colo-  
 næum suam, peregregiam tragœdiarum,  
 quam fortè tum in eo tempore conscribe-  
 bat: eamque iudicibus legisse, nec quicquam  
 amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut  
 audacter dementiæ condemnarent, si car-  
 mina senis displicerent. Ibi ego comperior,  
 omnes iudices tanto poetæ adfurrexisse, mi-  
 ris laudibus eum tulisse, ob argumenti soler-  
 tiam, & cothurnum facundiæ: nec ita mul-  
 tum omnis abfuisse, quin accusatorem po-  
 tius dementiæ condemnarent. Inuenisti tu  
 librû: Beasti. Cedò enim, experiamur, an &  
 mihi possint in iudicio literæ meæ prodesse.  
 Lege pauca in principio, deinde quædam de  
 piscibus. At tu, interea dum legit, † causam  
 sustine. Audisti Maxime, quorum plera-  
 que scilicet legeras apud antiquos philoso-  
 phorum: & memento, de solis piscibus hæc  
 uolumina à me conscripta, qui eorum coi-  
 tu progignantur, qui ex limo coalescant,  
 quoties

Sophocles  
 dementiæ accu-  
 satus.

† aquam

\* *ἡμετέρας καὶ  
ἀποτάκω.*

quoties & quid anni cuiusque eorum gen-  
ris fœminæ subent, mares furiant, quibus  
membris & causis discreuerit natura uir-  
ros eorum & ouiparos: ita enim appella-  
quæ Græci + *φλοδίνους*. Et ne operose animi  
malium genita pergam, deinde de differe-  
tia & uictu, & membris, & ætatibus, cætere  
que plurimis, scitu quidem necessarijs, sed  
iudicio alienis: pauca etiam de Latinis ser-  
ptis meis, ad eandem peritiam pertinere  
bus, legi iubebo, in quibus animaduerte-  
cum in eis cognita rara, tum nomina etiã  
manis inuicata, & in hodiernum (quo  
sciam) infecta. Ea tamen nomina labori  
meo & studio ita de Græcis prouenire, ut  
men Latina moneta percussa fiat. Vel dicam  
nobis, Aemiliane, patroni tui, ubi legerint  
tinè hæc pronunciata uocabula, de solis  
quatilibus dicã, nec cætera animalia nimis  
communibus differentes attingam. Auscu-  
ta igitur quæ dicam. Iam me clamabis mag-  
ca nomina Aegyptio uel Babylonico  
per censere. Possum etiam pergere: sed  
est operæ in istis diebus terere, ut sit mihi  
pus aggredi ad cætera. hæc interim, quæ  
xi, pauca recita, Latinè à me enunciata.

\* \* \*

Vtrum igitur putas philosopho, non fer-  
dum Cynicam temeritatem rudi & indo-

Pro se ipso prima.

177

sed qui se Platonicae scholae meminerit, utrum  
ei putas turpe, scire ista, an nescire? negligere,  
an curare? nosse quanta sit etiam in istis pro-  
uidentiae ratio, an de dijs immortalibus matri  
& patri credere? Q. Ennius \* aedes Phagitica,  
quae uersibus scripsit, innumerabilia piscium ge-  
nera enumerat, quae scilicet curiosè cognoue-  
rat. Paucos uersus memini, eos dicam:

Omibus ut clypea praestat, mustela marina;

Mures sunt † Aeni aspera & ostrea & plurima Abydi,

Mus Mitylenae est pecten, caradrum quae apud

Vmbrae fineis.

Brundisij sargus bonus est, hunc magnus si erit sume.

Apriculum piscem scito primū esse Tarenti.

Surrenti ellopa fac emas, glaucum apud Cumas. quid

Scarum praeterij, cerebrum Iouis penè supremi?

Nestoris ad patriam hic capitur magnusq; bonusq;.

Melanurum, turdum, merulamq; umbramq; marinam.

Polypus Corcyrae, caluaria pinguis Carnae,

Purpura, matriculi, mures, dulces quoq; echini.

Alios etiam multis uersibus decorauit, & u-  
bi gentium quisq; eorum inueniatur ostendit,  
qualiter assus aut iussulentus optimè sapiat:  
nec tamen ab eruditis reprehenditur. Ne ego re-  
prehendar, qui res paucissimis cognitas Grae-  
cè, Latine proprijs & elegantibus uocabulis  
conscribo? Cum hoc satis dixi, tum aliud acci-  
pe. Quid enim tandem, si medicinae neq; in-  
studiosus, neq; imperitus, quae piã remedia ex

m m m

pisci-

† al. Oeni;  
al. Teni.

piscibus quaero, ut sanè sunt plurima, cum in  
 alijs omnibus rebus eodem natura munere  
 terspersa atq; interseminata, tum etiam non  
 nulla in piscibus? An remedia nosse, & ea cõque-  
 rere, magi potius esse, quàm medici, quàm  
 niq; philosophi putas? qui illis non ad qua-  
 situm, sed ad suppetias uirurus est. Veteres quo-  
 dem medici etiam carmina remedia uulnerum  
 norant, ut omnis uetustatis certissimus auctor  
 Homerus docet, qui facit Vlyssi de uulnere Iu-  
 guinem profluentem fisti cantamine. Nihil e-  
 nim quod salutis ferendæ gratia fit, criminoso-  
 sum est. At enim, inquit, piscem cui rei nisi ma-  
 lè proscidisti, quem tibi Thenus conseruus  
 tulit? Quasi uerò non paulò prius dixerim, me  
 de particulis omnium animalium, de situ  
 rum, deq; numero, deq; causâ conscribere  
 libros † ἀνατομῶν Aristotelis & explorare  
 dio, & augere. Atqui adeò miror, quòd unquam  
 à me pisciculū inspectum sciatis, cum iam plu-  
 rimos qui ubicunque locorum oblati sunt, in-  
 què inspexerim. Præsertim quòd ego nihil  
 culo, sed omnia in propatulo ago. At qui  
 uel extrarius arbiter assistat, more hoc & in-  
 tuto magistrorum meorum, qui aiunt, hi-  
 minem liberum & magnificum debere, si qu-  
 at, in primori fronte animum gestare: hoc  
 adeò pisciculum, quem uos leporem ma-  
 num nominatis, plurimis qui aderant esse  
 diu-

Pro se ipso prima.

179

si: necdum etiam decerno quid uocent, nisi quæram sanè accuratius, quòd nec apud ueteres philosophos proprietatem eius piscis reperio: quanquam sit omnium rarissima, & hercule memoranda. Quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cætera exossis, XII numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in uentre eius connexa & catenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunquam profectò omisisset scripto prodere: qui aselli piscis solius omnium in media aluo corculum situm pro maximo memorauit. Piscem, inquit, proscidisti. Hoc quis ferat philosopho crimen esse, quòd lanio uel coco non fuisset? Piscem proscidisti: quid crudum id accusas? si cocto uentrem rusparer, heperia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sici-nius Pudens suomet obsonio dixit, eam rem non putares accusandam. Atqui maius crimen est philosopho comesse pisceis, quàm inspiciere. an hariolis licet iocinera rimari, philosopho contemplari non licebit? qui se sciat omnium animalium aruspicem, omnium deum sacerdotem? Hoc in me accusas, quod ego & Maximus in Aristotele miramur: cuius nisi libros bibliothecis exegeris, & studiosorum manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc penè plura quàm debui. Nunc præterea uide, quàm ipsi sese reuincant.

Aiunt, mulierem magicis artibus, marinis illecebris à me petitam: eo in tempore, quo me negabunt in Getulix mediterraneis montibus fuisse, ubi pisces per Deucalionis diluuiam periantur: quod ego gratulor nescire istos. Legisse me Theophrasti quoque *πύρι* \* & Nicandri *ὄργανά*. \*

Cæterum me etiam beneficijs postularent, qui hoc negocium ex lectione & æmulatione Aristotelis nactus sum, non nihil & Platone admonente, qui ait, eum qui ista uestiget, Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt accipe aliud, pari quidem stulticia, sed multo tanto uanius & nequius excogitatum. Sciant & ipsi, argumentum piscarium fuisse nihil futurum. Præterea nouitatem eius ridiculam. Quis enim fando audiuit, ad magicis solere? potius aliquid de rebus peragitoribus, & iam creditis fingendum esse. Sciant finxere, puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco, arula lucerna, & paucis conscijs testibus, ubi incitatus sit, corruisse: postea nescientem suadaciam dacio ausi. Etenim fabula ut impleretur, adendum etiam illud fuit, puerum eundem menta præfatio prædixisse: quippe hoc ementior

Pro se ipso prima.

184

mentum canticis accipimus, præfagium, & diuinationem : nec modò uulgi opinione, uerum etiam doctorum uirorum autoritate, hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini apud Varronem philosophum, uirum accuratissimè doctum atque eruditum, cum alia huiusmodi, tum hoc etiam legere : Trallicibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulachrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant centum sexaginta uersibus cecinisse. Itemq; Fabium, cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum uenisse : ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum defossa esset crumena, cum parte eorum, cæteri ut forent distributi : unum etiam denarium ex eo numero habere M. Catonem philosophum, quem se à pedissequo in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est. Hæc & alia apud plerosque de magicis pueris lego equidem : sed dubius sententiæ sum, dicamne fieri posse, an negem. Quanquam Platoni credam, inter deos atque homines, natura & loco medias quasdam diuorum potestates intersitas, easque diuinationes cunctas & magorum miracula gubernare. Quin & illud mecum reputo, posse animum humanum, & puerilem præsertim, simplicemq; seu carminum auocamento, siue odorum delin-

*Puerorum  
magia.*



mento soporari, & ad obliuionem presentium externari: & paulisper remota corporis memoria, redigi ac redire ad naturam suam, quae est immortalis scilicet, & diuina, atque ueluti quodam sopore futura rerum praesagire. Verum enim uero, ut ista sese habent, si quis fides hisce rebus impertienda est, debet ille noticio qui puer, prouidus ( quantum ego audio ) & corpore decorus atque integer delibari, & animo solers, & ore facundus, ut in eo aut diuina potestas, quasi bonis artibus diuorsetur ( Si dignè tamen ea pueri corpore includitur ) aut ipse animus expercipit, cito ad diuinationem suam redigatur: quae ei promptè insira, & nulla obliuione saucia & hebes, facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. Quod si ita est, nominatim quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sum initiare. Cæterum Thallus, quem nominastis, medico potius quam mago indiget. est enim miser, morbo comitali ita infectus, ut ter aut quater die saepenumero, sine ullis cantaminibus corruat, omniaque membra conficiationibus debilitet, facie ulcerosâ, fronte & occipitio conuassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omnium magus est, quo presente Thallus

Non ex omni ligno

Mercurius.

Thallus.

Pro se ipso prima.

183

Ius diu steterit: ita plerunque morbo ceu somno uergens inclinatur. Eum tamen uos carminibus meis subuersum dixistis, quod forte me coram semel decedit. Conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denunciauistis. Possunt dicere omnes, quid in Thallo dispiciant: cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cenare, eodem poculo bibere. Et quid ego de seruis? Vos ipsi uidetis. Negate Thallum, multo prius quam ego + Aexam uenirem, corruere eo morbo solitum, medicis saepenumero † Ocean ostensum. Negant hoc conserui eius, qui sunt in ministerio uestro? Omnium rerum conuictum me fatebor, nisi rus de omnium consensu diu ablegatus est, in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum, nec ab illis negari potest. eò nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam ut omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit, nondiutertius nobis Aemilianus denunciauit, ut seruos numero quindecim apud te exuberemus. Adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus rus ablegatus, ut dixi, ferme ad centesimum lapidem, longè ex oculis: Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculò aduehat. Interroga Maxime, quatuordecim seruos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, & quam saluè agat; interroga seruos accusatorum meorum.

Non negabunt, turpissimum puerum corpori  
 putri & morbido caducum, barbarum, rusticum  
 num. Bellum uerò puerum elegistis, quem qui  
 sacrificio adhibeat, cuius caput contingat  
 quem pulchro pallio amiciat, à quo respon-  
 sum speret. Vellem herculè adesset, tibi cum  
 Aemiliane permisisset, ut teneres ipse, ut in-  
 terrogares: iam in media quaestione, hic ibi  
 dem pro tribunali oculos trucidis in te inuen-  
 tisset, faciem tuam spumabundus conspuis-  
 set, manus contraxisset, caput succussisset, po-  
 stremò in sinu tuo corruisset. Quatuordecim  
 seruos quos postulasti, exhibeo: cur illis ad  
 quaestionem nihil uteris? Vnum puerum, et  
 que eum caducum, requiris, quem olim ad  
 esse pariter mecum scis? Quæ alia est euiden-  
 tior calumnia? Quatuordecim serui penitus  
 tuo adsunt, eos dissimulas: unus puerulus  
 abest, eum infimulas. Postremò quid uis  
 puta Thallum adesse. Vis probare, eum præ-  
 sente me concidisse? Vltro confiteor. Carmini  
 ne id factum dicis? Hoc puer nescit: ego, non  
 factum, reuincō. Nunc, caducum esse puerum  
 nec tu audebis negare. Cur ergo carmini po-  
 tius, quàm morbo, attribuatur eius rumpi  
 an euenire non potuit, ut fortè præsentem  
 idem pateretur, quod sæpe aliàs multis præ-  
 sentibus? Quod si magnum putarem, ca-  
 ducum deicere, quid opus carmine fuit? cum  
 inceperet

Pro se ipso prima.

185

Incensus Gagates lapis, ut apud Physicos le-  
go, pulchrè & facile hunc morbum explo-  
ret: cuius odore etiam in uenalijs uulgò, sa-  
nitatem aut morbum uenaliū experiantur.  
Etiam orbis à figulo circumactus, non diffi-  
cile eiusdem ualitudinis hominem uertigine  
sui † corrigit, ita spectaculū rotationis eius a-  
nimū saucium debilitat: ac multò plus ad ca-  
ducos consternendos figulus ualet, quàm  
magus. Tu frustra postulasti ut seruos ex-  
hiberem: ego non de nihilo postulo, ut no-  
mines, qui nam testes huic piaculari sacro ad-  
fuerint, cum ego ruentem Thallum impelle-  
rem. Vnum omnino nominas puerulum il-  
lum Sicinium Pudentem, cuius me nomine  
accusas: is enim affuisse se dicit, cuius pue-  
ritia etsi nihil ad religionem suffragaretur, ta-  
men accusatio fidem derogaret. Facilius fuit  
Aemiliane, ac multo grauius, tete ut ipsum di-  
ceres interfuisse, & ex eo sacro cepisse demen-  
tiri potius, quàm totum negocium, quasi lu-  
dicrum pueris donares: Puer cecidit, puer ui-  
dit: num etiam puer aliquis incantauit? Hic  
satis ueteratorie. Tannonius Pudens, cum  
hoc quoque mendacium frigere, ac propè iam  
omnium uultu & murmure explosum uide-  
ret, ut uel suspiciones quorundam spe mora-  
retur, ait pueros alios producturum, qui sint  
æque à me incantati: atque ita ad aliam spe-  
ciem

Gagatis  
gemma uis.

† corrigit

Tannonius  
Pudens.

ciem argumenti transgressus est. Quod quam  
 quam dissimulare potui, tamen ut omnia, in  
 hoc quoque ultro prouoco. Cupio enim pro-  
 duci eos pueros, quos spe libertatis aude-  
 confirmatos ad mentiendum. Sed nihil am-  
 plus dico, quam ut producant. Postulo igitur  
 & flagito Tannoni Pudens, ut expleat  
 quod es pollicitus. Cedo pueros istos quibus  
 confiditis, produc, nomina qui sint: mea  
 qua licet ad hoc utare. Dic inquam Tanno-  
 ni, quid taces? quid contaris? qui expectas?  
 Quod si hic nescit quid dixerit, aut nomina ob-  
 litus est: at tu Aemiliane cede huc, dic quid ad  
 uocato tuo mandaueris, exhibe pueros. Quod  
 expalluisti? quid taces? hocce ne accusare esse  
 hocce tantum crimen deferre? an Claudium  
 Maximum, tantum uirum, ludibrio habere  
 me calumnia insectari? Quod si forte pater  
 nus tuus uerbo prolapsus est, & nullos pu-  
 ros habes quos producas, saltem quatuor  
 decim seruis, quos exhibui, ad aliquid uti-  
 re: aut cur sisti postulabas tantam familiam  
 magicæ accusans? De quindecim seruis de-  
 nunciasti: quod si de ui accusares, quot tan-  
 dem seruos postulares? Sciunt ergo aliqui  
 quindecim serui, & occultum est? an occultu-  
 rum non est, & magicum est? Aliterum he-  
 rum fatearis necesse est: aut illicitum non fuisse,  
 se, in quo tot conscios non timuerim: aut si ille  
 dicitur

Pro se ipſo prima.

187

citum fuit, ſcire tot conſcios non debuiſſe. Ma-  
gia iſta, quantum ego audio, res eſt legib. dele-  
gata, iam inde antiquitus duodecim Tabulis  
propter incredundas frugum illecebras inter-  
dicta. Igitur & occulta non minus, quàm tes-  
tra & horribilis, plerunque noctibus uigilata,  
& tenebris abſtruſa, & arbitris ſolitaria, & car-  
minibus murmurata: cui non modo ſeruo-  
rum, uerùm etiam liberorum pauci adhiben-  
tur. Et tu quindecim ſeruos uis interfuiſſe.  
Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum  
officium, an conuiuium tempeſtiuum? Quin-  
decim ſerui ſacrum magicum participant, qua-  
ſi Quindecim uiri ſacris faciundis creati. Cui  
tamen rei tot numero adhibuiſſem, ſi conſci-  
entiæ nimis multi ſunt? Quindecim liberi  
homines, populus eſt: totidem ſerui, fami-  
lia: totidem uincti, ergaſtulum. An auditorio  
multitudo eorum neceſſaria fuit, qui diutine  
hoſtias luſtraleis tenerent? An ut grana thu-  
niſi gallinas nominaſtis? An ut Thallum poſterne-  
rent? Mulierem etiam liberam perductam  
ad me domum dixiſtis, eiſdem Thalli ua-  
litudinis: quam ego pollicitus ſim curatu-  
rum. eam quoque incantaram à me corruif-  
ſe. Ut uideo, uos palæſtritam, non magum  
accuſatum ueniſtis. Ira omnis qui me ac-  
ceſſerint, dicitis cecidiſſe. Negauit tamen  
quæ

De hoc  
Virg. Atque  
ſatas aliò ui-  
di traduceo  
re meſſes.

xv homines  
liberi, popu-  
lus.

quærente te Maxime, Themison medicus, quo mulier ad inspiciendū perducta est, quam ultra passam, nisi quæsisse me, Ecquid aliæ aures obtinnirent, & utra earum magis, si responderit, dextram sibi aurem nimis in quietam, confestim discessisse. Hic ego Maxime, quanquam sedulo impræsentiarum laudibus tuis tempero, nec ubi tibi ob causam istam uidear blanditus, tamen solertiam tuam in percontando nequeo quin laudem. Dum enim cum agitarentur hæc, & illi incertam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat abnueret, quæsisisti tu nimis quam proculdenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi? responderunt, ut mulier rueret. Quid deinde, mortua est? inquis: negatur. Quid ergo dicitis? quod Apuleij commoventem, si ruisset? ita enim pulchrè ac perseveranter tertio quæsisuisti, ut qui scires omnium factorum rationes diligentius examinandas ac sapius causas quæri, facta concedi: eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quod cur quæque facta sint, experiant. Cæterum negare factum, facilis res est, & nullo patrono indiget: rectè factum, vel perperam, docere, id uerò multo arduum & difficile est. Frustra igitur, an factum quæritur, quod nullam malā causam habuisse fieret, ita facti reus, apud bonum iudicem

Patroni causidici cur.

Pro se ipſo prima.

189

pulo quaſtionis liberatur, ſi nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc, quoniam neque incantatam, neque proſtratam mulierem probauerunt, & ego non nego petitu medici à me inſpectam, dicam tibi Maxime, cur illud de aurium tinnitu quaſſerim, non tam purgandi mei gratia in ea re quam tu iam præiudicaſti neque culpæ neq; crimini conſinem, quàm ut ne quid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur quàm breuiſſimè potero: etenim admonendus eſ mihi, non docendus. Plato philoſophus in illo præclariffimo Timæo, cœleſti quadam facundia uniuerſum mundum molitus, poſtquam de noſtri quoque animi trinis poteſtatibus ſoleriſſimè diſſeruit, & cur quæque membra nobis diuina prouidentia fabricata ſint, aptiſſimè demonſtrauit, cauſam morborum omnium trifariam percenſet. Primam cauſam primæ *Morborum cauſa triplex.* morbiſ corporis attribuit: Si ipſæ elementorum qualitates, humida & frigida, & hiſ duæ aduerſæ non congruant. id adeo euenit, cum quæpiam earum modo exceſſit, aut loco demigrauit. Sequens cauſa morborum in eſt in eorum uitio, quæ iam concreta ex ſimplicibus elementis, una tamen ſpecie coaluerunt: ut eſt ſanguinis ſpecies, & uiſceris, & oſis, & medullæ, porro illa quæ ex hiſce ſingularibus mixtæ ſunt. Tertiò, in corpo-

re conſ



Comitialis  
morbi ma-  
teria.

Pectoris uis  
tiligo.

re concrementa uarij fellis, & turbidi spiri-  
tus, & pinguis humoris, nouissima agritu-  
dinum incitamenta sunt. Quorum e numer-  
præcipua sit materia morbi comitialis, de qua  
dicere exorsus sum, cum caro in humore  
crassum & spumidum inimico igni con-  
quiescit, & spiritum indidem parte ex car-  
dore compressi aeris albida & tumida ra-  
bes fluit. Ea nanque tabes, si foras corpe-  
ris prospirauit, maiore dedecore quàm ne-  
xa diffunditur. Pectoris enim primorem cu-  
rim uiligine insignit, & omnimodis macu-  
lationibus conuariat. sed cui hoc usu ueno-  
rit, nunquam postea comitali morbo at-  
tentatur: ita agritudinem animi grauisi-  
mam, leui turpitudine corporis compen-  
sat. Enimuerò si perniciosa illa dulcedo intus co-  
hibita, & bili atræ sociata, uenis omnibus  
furens peruasit: deinde ad summum capu-  
uiam molita, dirum fluxum cerebro immi-  
scuit, illico regalem partem animi debili-  
tat, quæ ratione pollens, uerticem hominis  
uelut arcem & regiam insedit. Eius quippe  
diuinas uias & sapientis meatus obruit &  
obturbat: quod facit minore pernicie pe-  
soporem, cum potu & cibo plenos, comi-  
tialis morbi prænuncia strangulatione mod-  
cè angit. Sed si usque adeò aucta est, ut etiam  
uigilantium capiti offundatur: tum uerò re-  
pentia

Pro se ipso prima.

195

pentino mentis nubilo obtorpescunt, & mor-  
 ribundo corpore cessante animo cadunt. Eum  
 nostri non modò maiorem & comitalem, ue-  
 rum etiam diuinum morbum, ita ut Græci  
*ἰσπὰν νόσον*, uerè nuncuparunt: uidelicet quòd  
 animi partem rationalem, quæ longè sanctis-  
 sima est, eam uiolet. Agnoscis Maxime ra-  
 tionem Platonis, quantum potui pro tem-  
 pore perspicuè explicatam: cui ego fidem ar-  
 bitratus, causam diuini morbi esse, cum illa  
 pestis in caput redundauit, haudquaquam ui-  
 deor de nihilo percontatus, an esset mulierì  
 illi caput graue, ceruix torpens, tempora pul-  
 sata, auris sonora: & cæterum, quòd dex-  
 træ auris crebriores tinnitus fatebatur, si-  
 gnuni erat morbi penitus adacti. Nam dex-  
 tera corporis ualidiora sunt, eoque minus  
 spei ad sanitatem relinquunt, cum & ipsa æ-  
 gritudini succumbunt. Aristoteles ad eò in  
 problematis scriptum reliquit, quibus æquè  
 caducis à dextero morbus occipiat, eorum  
 esse difficiliorem medelam. Longum est, si ue-  
 lim Theophrasti quoq; sententiam de eodem  
 morbo recensere, est enim etiam eius egregius  
 liber de caducis. Quib. tamen in alio libro, què  
 de non uidentibus animalibus conscripsit, res  
 medio esse ait exuuias stellionum, quas uelut  
 senium, more cæterorù serpentium, temporib.

Morbus fa-  
cer.

statutis

statutis exuant. Sed nisi confestim eripias, ma-  
 ligno ne præfagio, an naturali adpetentia, il-  
 lico conuertuntur, & deuorant. Hæc iccirco  
 commemorauī, nobilium philosophorum et  
 sputata simul & libros sedulo nominant. ne  
 ullum ex medicis aut poetis uolui attinge-  
 re, ut isti desinant mirari, si philosophi te  
 apte doctrina causas morborum & remedi-  
 nouerunt. Igitur cum ad inspiciendum tu  
 lier ægra, curationis gratia, ad me perductus  
 sit, atque hoc & medici confessione qui ad  
 duxit, ad meam ratiocinationem recte fa-  
 ctum esse conueniat: aut constituent, magis  
 & malefici hominis esse, morbis mederi: aut  
 si hoc dicere non audent, fateantur se in puer-  
 ro & muliere caducis, uanas & prorsus ca-  
 ducas calumnias intendisse. Imò enim, si ue-  
 rum uelis Aemiliane, tu potius caducus, quàm  
 iam tot calumnijs cecidisti: neque enim gra-  
 uius est corpore quàm corde collabi, pede po-  
 tius quàm mente corruere: in cubiculo de-  
 spui, quàm in isto splendidissimo cœtu dete-  
 stari. At tu fortasse te putas sanum, quò-  
 non domi contineris, sed insaniam tuam quò-  
 quò te duxerit sequeris. Atqui si contende-  
 uis furorem tuum cum Thalli furore, inue-  
 nies non permultum interesse, nisi quòd Tha-  
 llus sibi, tu etiam alijs furis. Cæterum Thallus  
 oculos torquet, tu ueritatem: Thallus manu

contrahit, tu patronos; Thallus pavimenti  
 illuditur, tu tribunalibus. Postremò, ille qui  
 quid agit, in ægritudine facit, ignorans pec-  
 cat: at tu miser prudens & sciens delinquis,  
 tanta vis morbi te instigat: falsum pro uero  
 infimulas, infectū pro facto criminariis: quem  
 innocentē liquido scis, tamen accusas ut no-  
 centem. Quin etiam, quod præterij, sunt  
 quæ fatearis nescire, & eadem rursus quasi  
 scias criminariis. Ais enim, me habuisse quæ-  
 dam sudariola inuoluta apud læis Pontia-  
 ni. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuerint, ne-  
 scisse te confiteris, neq; præterea quenquam  
 esse qui uiderit: tamen illa contendis instru-  
 menta magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur  
 Æmilianè. Non est in accusando uersutia, ac  
 ne impudētia quidem, ne tu arbitreris. Quid  
 igitur: furor infelix acerbi animi, & misera  
 insania crudæ senectutis. His enim penè uer-  
 bis cum tam graui & perspicaci iudice egisti:  
 Habuit Apuleius quæpiam linteolo inuoluta  
 apud læis Pontiani: hæc quoniam ignoro  
 quæ fuerint, iccirco magica fuisse contendo.  
 crede igitur mihi quod dico, quia id dico  
 quod nescio. O pulchra argumenta, & aper-  
 tē crimen reuincuntia: Hoc fuit, quoniã quid  
 fuerit ignoro. Solus repertus es Æmilianè,  
 qui scias etiam illa quæ nescis. Tantum super-  
 omneis stulticiæ uectus es, quippe qui soler-  
 n n n tiffimi;

tissimi & acerrimi philosophorum, ne ijs quidem confidendum esse aiunt, quæ uidemus: at tu de illis quoque affirmas, quæ neq; conspexisti unquam, neque audisti. Pontianus uiueret, atque cum interrogares quæ fuerint in illo inuolucro, nescire se responderet. Libertus etiam ille qui clauis eius loci in hodiernum habet, & à uobis stat, nunquam se se inspexisse, quanquam ipse aperiret, ut promus librorum qui illic erant conditi, penè quotidie & clauderet sæpe nobiscum, multo sæpius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo, sine uinculo. Quid ni enim? magicæ res in eo occultabatur, eo negligentius adseruabam. Sed enim liberè scrutandum & inspiciendum, si liberet, etiam auferendum: temerè exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio mittebam. Quid igitur in præfectoriarū uis tibi credi, quod ne Pontianus & quidem sciret, qui indiuiduo contubernio mecum uixit, id te scire, quem nūquam uideris nisi pro tribunali? An quòd libertus alidus, cui omnis facultas inspiciēdi fuit, quod is libertus non uiderit te, qui nunquam accesseris, uidisse? Denique ut quod non uideris, id tale fuerit, quale dicis? Atqui stulte, hodie illud sudariolum tu interceptisses, quid ex eo promeres, ego magicū negarem.

\* nescierit

Pro se ipſo prima.

195

Tibi adeò permitto, ſinge quiduis, reminifce  
re, excogita, quod poſſit magicum uideri: ta-  
men de eo tecum decertaré, aut ego ſubiectú  
dicerem, aut remedio acceptum, aut ſacro tra-  
ditum, aut ſomnio imperatú. Mille alia ſunt,  
quibus poſſem more communi & uulgatiſſi-  
ma obſervationum conſuetudine uerè refu-  
tare. Nunc id poſtulas, ut quod deprehéſum  
& detentum, tamen nihil me apud bonum iu-  
dicem læderet. id inani ſuſpicionem incertum  
& incognitum condemnet. Haud ſciam, an  
rurſus ut ſoles, dicas: Quid ergo illud fuit,  
quod linteo tectum, apud lareis potiſſimum  
depoſuiſti? Itá ne eſt *Æmiliane*? ſic accuſas,  
ut omnia à reo percontere, nihil ipſe adferas  
cognitum. Quamobrem piſceis quæris? Cur  
ægram mulierem inſpexiſti? quid in ſudario  
habuiſti inſitum? Accuſatum, an interroga-  
tum ueniſti? Si accuſatú, tu te argue quæ di-  
cis: ſi interrogatú, noli præiudicare quid fue-  
rit, quòd ideo te neceſſe eſt interrogare, quia  
neſcis. Cæterùm hoc quidem pacto omneis  
homines rei conſtituentur, ſi ei qui nomen  
cuiuſpiam detulerit, nulla neceſſitas ſit pro-  
bandi, omnis contrà facultas percontandi.  
Quippe omnibus ſicut fortè negociú magiæ  
facelſitur, quicquid omnino egerint, obijcie-  
tur. Votú in alicuius ſtatuxæ fœmore aſigna-  
ſti, igitur magus es: aut cur ſignaſti? Tacitas

preces in templo deis allegasti. igitur magus es: aut quid optasti? Contrà, nihil in templo precatus es: igitur magus es, aut cur deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod si sacrificaueris, si uerbenam sumpseris. Dies me deficiet, si omnia uelim persequi, quoniam ratione similiter calumniator flagitabit: praefertim quod conditum cunque, quod oblatum, quod inclusum domi adseruatur, si in omne eodem argumeto magicum dicitur, aut in cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur. Hæc quanta sint, & cuiusmodi, Maxime, quantusque campus calumnijs hoc Æmiliani tramite aperiatur, quantumque sudores innocentibus hoc uno sudario adferantur, possum equidem pluribus discipulis sputare: sed faciam quod institui, etiam quod non necesse est confitebor, & interrogatus ab Æmiliano respondebo. Interrogas Æmiliane quid in sudario habuerim. At ego, quamquam omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare, tamen Maxime fuisse concedam, cum habeam dicere, nihil in eo inuolutum fuisse: quæ si dicam neque testimonio aliquo, neque argumento uincar. Nemo enim qui attigerit est. Unus si me licet fuerit repertissimum. sic enim, si uis arbitrare, ut olim Vlyssis socij thesaurum reperisset

perisse arbitrati sunt, cum utrem uentosissimum manticularentur. Vin dicam, cuiusmodi illas res in sudario obuolutas, laribus Pontiani commendarim? Most tibi geretur: sacrorum pleraque initia in Græcia participauit. Eorum quædam signa & monumenta tradita mihi à sacerdotibus sedulo conseruo: nihil insolitum, nihil incognitum dico. uel unius Liberi patris symmystæ, qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, & absque omnibus prophanis tacitè uenerimini. At ego, ut dixi, multijuga sacra, & plurimos ritus, uarias cerimonias, studio ueri & officio erga deos didici. Nec hoc ad tempus compono: sed abhinc ferè triennium est, cum primis diebus quibus + Aetnam ueneram, publice differens de Æsculapij maiestate, eadem ista præ me tuli, & quòd sacra nossem percensui. Ea disputatio celebratissima est, uulgò legitur, in omnium manibus uersatur, non tam facundia mea, quàm mentione Æsculapij religiosi Æeen sibus cõmendata. Dicit aliqui, si quis fortè meminit, huius loci principium. Audis ne Maxime multos suggerentes? immò ecce etiam liber offertur, recitari ipsa hæc iubebo: quoniã ostendis humanissimo uultu, auditione te ista nõ grauari. Etiam ne cuiquam mirum uideri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysterijs

+ Oceanus



deum conscium, quædam sacrorum crepundia domi adseruare: atq; ea lineo texto inuolueri, quod purissimum est rebus diuinis uoluntatis lamentum. quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Olympi & Pythagore, scitis, prophanus uestitus est. Sedenim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo induitui & amictui sanctissimis Egyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoq; inde rebus sacris usurpatur. Atque ego scio nonnullos, & cum primis Emilianum istum, facetiæ sibi habere, res diuinas deridere. Nam, ut audiamus percensentibus ijs qui istum nouere, nulli deo ad hoc qui supplicauit, nullum templum frequentauit: si fanum aliquod prætereat, ne phas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Iste uero nec dijs rurationis, quæ cum pascunt ac uestiunt, segeteis ulla, aut uitis aut gregis primitias impartit, nullum in uilla eius delubrum situm, nullus locus auctore sacris consecratus. Et quid ego de luco & delubro loquor? Negant uidisse se, qui fuere, uel saltem in sinibus eius aut lapidem unctum aut ramum coronatum. Igitur agnomen eius duo indita: Charon, ut iam dixi, ob oris & uocis nimiam diritatem: sed alterum quod libentius audit, ob deorum contemptum Mezenis. Quapropter facile intelligo, hæc ei totum

Partim  
Oecusum

Emilianus  
cur Charon  
& Mezen-  
tius dicitur.

Pro se ipſo prima.

199

tiorum enumerationes nugas uideri: & for-  
 ſan, ne ob hanc diuini contumaciam non in-  
 ducat in animum, uerum eſſe quod dixi, me  
 ſanctiſſimè tot ſacrorum ſigna & memoracu-  
 la cuſtodire. Sed ego quid de me Mezentius  
 ſentiat, manum nõ uorterim. Cæteris autem  
 clariffima uoce profiteor, ſi qui fortè adeſt  
 eorundem ſolénium mihi particeps, ſignum  
 dato, & audiat licet quæ ego adſeruem. Nam  
 equidem nullo unquam periculo compellar,  
 quæ reticenda accepi, hæc ad prophanos an-  
 nunciare. Vt puto, Maxime, ſatis uideor  
 cuius uel iniquiſſimo animo expleſſe, &  
 quod ad ſudarium pertineat, omnem crimi-  
 nis maculam deterſiſſe: ac bono iam pericu-  
 lo ad testiimoniũ illud Craſſi, quod poſt iſta  
 quaſi grauiſſimum legerunt, à ſuſpicionibus  
 Emilianĩ tranſcenſurus. Testimoniũ ex li-  
 bello legi audiſti Gumia cuiuſdã, & deſpera-  
 ti lurconis Iunij Craſſi, me in eius domo no-  
 cturna ſacra cum Appio Quintiano amico  
 meo factiſſe, qui ibi mercede diuerſabatur.  
 Idq; ſe ait Craſſus, quanquam meo tempore  
 uel Alexandriæ fuerit, tamen † à cæde & fumo  
 & auium pluuiis cõperiffie ſcilicet eum, cum  
 Alexandriæ ſympoſia obiret. Eſt enim Craſ-  
 ſus iſte, qui non inuitus de die in ganeas cor-  
 reptat. In illo cauponis nidore pinuas de pe-  
 natib, ſuis aduectas, aucupatũ fumũ domus

Iunius  
 Craſſus.

† tediæ ſue  
 mo

suæ agnouisse, patrio culmine longè exortò  
 Quem si oculis uidit, ultra Vlyssi uota & de-  
 sideria hic quidem est oculatus. Vlysses fu-  
 rum terra sua mergentem compluribus an-  
 nis è littore prospectàs, frustra captauit: Cras-  
 sus in paucis quibus absuit mensibus, eundè  
 fumum, sine labore in taberna uinaria sedès  
 conspexit. Sin uerò naribus nidorem dome-  
 sticum præsensit, uincit idem sagacitate odor-  
 randi canes & uulturios. Cui enim cani, cu-  
 i uulturio, Alexandrini cœli quicquam ab-  
 que Æeensiū finibus oboleat? Est quidem  
 Crassus iste summus helluo, & omnis fami-  
 non imperitus: sed profectò pro studio be-  
 bendi, quo solo censetur, facilius ad eum Ale-  
 xandria uini aura quàm fumi perueniret.  
 Intellexit hoc & ipse incredibile futurum.  
 Nam dicitur ante horam diei secundam, ieiun-  
 nus adhuc & abstemius, testimonium istud  
 uendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc mo-  
 dum comperisse: postquam Alexandria reue-  
 nerit, domum suam rectà contendisse, ex qua  
 iam Quintianus migrarat: ibi in uestibulo  
 multas auium pinnas offendisse: præterea pa-  
 rietes fuligine deformatos, quæsisse causas  
 ex seruo suo quem Aææ reliquerit, eumque si-  
 bi de meis & Quintiani nocturnis sacris inui-  
 casse. Quàm uerò sublimiter composuim,  
 & uerisimiliter commentum: me, si quid eius  
 faceret

facere uellem, non domi meæ potius factu-  
 rum? Quintianũ istum qui mihi aſſiſtit, quẽ  
 ego pro amicitia (quæ mihi cum eo arctiſſi-  
 ma eſt) proq; eius egregia eruditione, & per-  
 fectiſſima eloquentia, honoris & laudis gra-  
 tia nomino: hunc igitur Quintianum, ſi quas  
 auis in cœna habuiſſet, aut (quod aiũt) ma-  
 giæ cauſa interemiſſet, puerum nullum ha-  
 buiſſe qui pinnas conuerteret, & foras abij-  
 ceret? Præterea fumi tantam uim fuiſſe, ut  
 parietes atros redderet: eamq; deformitatẽ,  
 quoad habitauit, paſſum in cubiculo ſuo  
 Quintianũ? Nihil dicis Æmiliane. Non eſt  
 ueriſſimile: niſi fortẽ Cratſus non in cubicu-  
 lum reuerſus perrexit, ſed ſuo more rectã ad  
 focum. Vnde autem ſeruus Cratſi ſuſpicatus  
 eſt, noctu potiſſimum parietes fumigatos?  
 an ex fumi colore? uidelicet fumus nocturnus  
 nigror eſt, eoq; diurno fumo differt? Cur  
 autem ſuſpicax ſeruus, ac tam diligens, paſ-  
 ſus eſt Quintianũ migrare prius, quàm mun-  
 dam domum redderet? Cur illẽ plumæ, quaſi  
 plumbeæ, tam diu, uſque ad aduentum Crat-  
 ſi manſerunt? + Nonne ſimul & Cratſus ſer-  
 uus ſuus? ſed ipſe hæc potius de fuligine &  
 pinnis mentitus eſt? dum non poteſt nec in  
 testimonio dando diſcedere longius à culi-  
 na. Cur autem testimonium ex libello legi-  
 ſtis? Cratſus ipſe ubi gentium eſt? An Ale-  
 xandriam

+ nõ in ſimul  
 let Cratſus  
 ſeruum ſuum.

xandriam tedio domus remeavit? An parietes suos detergit? An quod uerius est, ex crapula helluo attentatur? Nam equidem hæc fabra tecum hesternæ die animaduerti satis notabiliter in medio foro tibi Æmiliane obructantem. Quære à nomenclatoribus tuis Maxime, quanquã est ille cauponibus quam nomenclatoribus notior: tamen inquam interroga, an hic Iunium Crassum Ænsem uiderint? non negabunt. exhibeat nobis Æmilianus iuuenem honestissimũ, cuius testimonio nititur. Quid sit diei uides. Dico Crassum iam dudũ ebrium stertere, aut secũdo lauacro ad repotia cœnæ obeunda uinolentũ sudorẽ in balneo desudare. Iste cum maxime præsens per libellum loquitur, nõ quin adeo sit alienatus omni pudore, ut etiam sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mêtiretur: sed fortasse nec tantulũ potuit ebrius sibi temperare, ut hanc horam sobriẽ expectaret. aut potius Æmilianus de consilio fecit, ne cum sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tubelluã illam uulsis maxillis, fœdo aspectu de specie improbares, cum animaduertisses caput iuuenis barba & capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum, saliuosa labia, uocem absonam, manuum tremorem, ructus. Nam patrimoniũ omne iam pridem abligurinit, nec quicquã ei de bonis paternis superest.

superest, nisi una domus ad calumniam uen-  
ditandam, quam tamen nunquam charius quā  
in hoc testimonio locauit. Nam temulentum  
istud mendaciū tribus milibus nummis *Æ-*  
*miliano* huic uēdidit, idq; *Ææ* nemini igno-  
ratur. Omnes hoc, antequam fieret, cogno-  
uimus: & potui denunciatione impedire, nisi  
scirem mendacium tam stultum potius *Æmi-*  
*liano*, qui frustra redinebat, quā mihi, qui  
merito contemnebam, obfuturum. Volui  
& *Æmilianum* damno affici, & *Crassum* testi-  
monij sui dedecore prostitui. Cæterum nu-  
diustertius haudquaquam occulta res acta  
est in *Rufini* cuiusdam domo, de quo mox di-  
cam, intercessoribus & deprecatoribus ipso  
*Rufino* & *Calphurniano*. Quod eo libentius  
*Rufinus* perfecit, quòd erat certus, ad uxo-  
rem suam, cuius stupra sciēs dissimulat, non  
minimam partem præmij eius *Crassum* rela-  
turum. Vidi te quoq; *Maxime*, coitionem  
aduersum me, & coniurationem eorum pro  
tua sapientia suspicatu, simul libellus ille pro-  
latus est, totam rem uultu aspernantem. De-  
niq; quanquā sunt † soluta audacia & impo-  
tuna impudentia præditi: tamen testimonio  
*Crassi*, cuius oboluisse fecem uidebant, nec  
ipsi ausi sunt perlegere, nec quicquam eo ni-  
ti. Verum ego ista propterea commemo-  
raui, non quòd pinnarum formidines, &  
fuliginis

† solita

fuliginis maculam, te præsertim iudice, time-  
rem: sed ut ne impunitum Crasso foret, quod  
Æmiliano homini rustico fumum uendidit.  
Vnde etiam crimen ab illis, cum Pudentillæ  
litteras legerent, de cuiusdam sigilli fabrica-  
tionē prolatum est, quod me aiunt ad magi-  
ca maleficia occulta fabrica, ligno exquisitissi-

† *celeti* simo comparasse: & cum sit † *celeri* forma tur-  
† *colere* pe & horribile, tamen impendio † *colore*, &  
Græco uocabulo nuncupare βασιλῆα. Nisi fal-  
lor, ordine eorum uestigia persequor, & sin-  
gillatim apprehendens omnem calumniæ  
textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigil-  
li, quod dicitis, quî potest? cuius uos adeo ar-  
tificem non ignorastis, ut ei, uti præstò esset,

*Cornel.* denunciaueritis? En adest Cornelius Satur-  
*Saturninus.* ninus artifex, uir inter suos & arte laudatus,  
& moribus comprobatus, qui tibi Maxime  
paulo antè diligenter sciscitanti, omnem or-  
dinem gestæ rei summa cum fide & ueritate  
percensuit, me, cum apud eum multas geo-  
† *Βυοχο. for* metricas formas † *τε, buxo.* Gnosto uidissem subtili-  
ter & adfabrè factas, inuitatum eius artifi-  
cio, quædam mechanica, ut mihi elaborasset,  
petisse: simul & aliquod simulachrum cuius-  
cunque uellet dei, cui ex more meo suppli-  
cassém, quacunque materia, dummodò li-  
gnea, exculperet. Igitur primò buxeam ten-  
rassé. Interim dum ego ruri ago, Sicinium  
Pontia-

Pontianum priuignum meum, qui mihi factum uolebat, impetratos hebeni loculos à muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materie rariore & durabiliore, uti faceret, adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse, perinde ut loculi suppetebant. Item minutatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse. Hæc, ut dico, omnia audisti. Præterea à filio Capitolinæ probissimo adolescēte, qui præsens est, sciscitante te, eadem dicta sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifice detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum à Saturnino perfectum sigillum recepisse, & postea dono mihi dedisse. His omnibus palàm atq; apertè probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua magiæ delitescat? Inò quid omnino est, quod uos manifesti mendacij non reuincat? Occultè fabricatum esse sigillum dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curauit: quod Saturninus, uir grauis, & probè inter suos cognitus, in tabernula sua sedès propalàm exculpsit, quod ornatissima matrona munere suo adiuuit: quod & futurum, & factum, multi cum seruorum, tum amicorum, qui ad me uentitabant, scierunt. Lignum à me toto oppido, & quidè oppidò quæsitum, non piguit uos commen-



tiri: quem quidem abfuisse eo tempore scitis, quem iussisse fieri qualicumq; materia probatum est. Tertium mendaciū uestrum fuit, macilentam, uel omnino euisceratā formam diri cadaueris fabricatam, prorsus horribilem & larualem. Quòd si compertum habebatis antè euidens signum magiæ, cur mihi ut exhiberem non denunciastis? An ut possitis in rem absentem liberè mentiri? Cuius tamen falsi facultas, opportunitate quadam meæ consuetudinis uobis adempta est. Nam morem mihi habeo, quoquò eam, simulachrum alicuius dei inter libellos conditum gestare: eiq; diebus festis, thure & inero, & aliquando uictimis supplicare. Dudum ergo cum audirem Scelestum, perquam impudenti mendacio dictitari, iussi curriculum iret aliquis, & ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Ææ fabricatus est. Cedò tu, eum uideant, teneant, considerent. En uobis, quem scelestus ille scelestū nominabat. Auditis ne reclamationem omnium qui adsunt? Auditis ne mendacij uestri damnationem? Non uos tot calūmniarum tandem dispudet? Hiccine est scelestus? heccine est larua? hoccine est quod appellitabatis dæmonium? magicum ne istud, an solemne & commune simulachrum est? Accipe quæso Maxime, & contemplare bene: tam puris

Pro se ipso prima.

297

puris & tam pijs manib. tuis traditur res con-  
secrata. En uide quàm facies eius decora &  
succis plena sit, quàm hilaris dei uultus, ut de-  
ceter utrinq; lanugo malis deserpat, ut in cae-  
pitate crispatus capillus sub imo pilei umbra-  
culo appareat, quàm lepidè super tempora  
pares pinnulæ emineant: quæ autem festiuè cir-  
ca humeros uestis sustrieta sit. Hunc qui sce-  
lestum audet dicere, profectò ille simulachra  
deorù nulla uidet, aut omnia negligit. Hunc  
deniq; qui laruâ putat, ipse est laruatus. At  
tibi *Emiliane*, pro isto mendacio, aut deus  
iste superùm & inferùm commeator, utro-  
rumq; deorum malam gratiâ, semperq; ob-  
uias species mortuorù, quicquid umbrarum  
est usquam, quicquid lemurù, quicquid ma-  
nium, quicquid laruarù oculis tuis oggerat:  
omnia noctiù occurfaeula, omnia bustorum  
formidamina, omnia sepulchrorù terricula-  
menta, à quibus tamen æuo & merito haud  
longè abes. Ceterùm *Platonica* familia nihil  
nouimus nisi festum & lætum, & solenne &  
superum & cœleste. Quin altitudinis studio  
secta ista etiam cœlo ipso sublimiora quæ-  
piam uestigauit, & in extimo mûdi tergo de-  
git. Scit me uera dicere *Maximus*, qui τὸν ἄνω  
ἀρχόντων τόπον ἐν τῷ τοῦ οὐρανοῦ νότῳ legit in *Phe-  
dro* diligenter. Idem *Maximus* optimè intel-  
ligit, ut de nomine etiam uobis respondeam,  
quis

βασιλεύς,

quis nam fit ille non à me primo, sed à Platone nuncupatus βασιλεύς, totius rerum naturæ causa, & ratio & origo initialis, summus animi genitor, æternus animantium sospitator, assiduus mundi sui opifex. Sedenim sine opera opifex, sine cura sospitator, sine propagatione genitor, neq; loco, neq; tempore, neq; ulla uice comprehensus, eoq; paucis cogitabilis, nemini effabilis. En ultro augeo inagiam suspicionem, non respondeo tibi Æmiliane quem colam βασιλιά. Quin si ipse proconfalinterroget, quid sit deus meus, tacebo de nomine, ut in præsentiarum satis dixi. Quod si pereit, nec ipse sum nescius, quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento uel auro, sed potissimum ex ligno simulachrum fieri uoluerim. idq; eos arbitror tam ignoscendi quàm cognoscendi causa desiderare: ut hoc etiam scrupulo liberentur, cum uiderint omnem suspicionem criminis abundè confutata. Audi igitur, cui cura cognoscere est: sed animo quatum potes erecto & attento, quasi uerba ipsa Platonis iam senis, de nouissimo Legum libro auditorus: *θεοὶ δὲ ἀναθήματα χρυῶν ἑμιτρετὰ τὴν μέγιστον αὐτὰρ ἀνατίθενται διαφύλαξαι γῆ, καὶ οὐδὲν ἑστὶν ἐπισημαστέον ἵσθαι πᾶσι πάντων θεῶν. μηδὲν οὐδὲν δὲ τίς τις ἰσθαι κατηρήσεται θεοῖς.* Hoc eò prohibet, ut delubra nemo audeat priuatim constituere. Censet etenim satis esse ciuibus, ad immo-

Pro se ipſo ſecunda.

209

immolandas uictimas, templa publica. Dein  
 de ſubnectit: χρυσοῦς δὲ καὶ ἀργυροῦς ἐν ἄλλαις πλο  
 κταις ἰδίᾳ τι, καὶ ἐν ἑτέροις ἰσὺν ἐπίφθονον κήρυμα. ἑλεφαντὸς δὲ  
 ἀπολειποῦσι ψυχῶν σώματ' οὐκ ἀσχετοῦ ἀνάθημα. οἶδα  
 ποσὸν δὲ καὶ χαλκὸν πολεμῶν ὄργανον. ξύλα δὲ μονέξυλον ὄ, τε  
 ἄν' ἰδέσθαι τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθον ὡσαύτως. **VI** O  
 mnium assensus declarauit, maximeq; qui in  
 consilio estis, competentissimè uideor usus  
 Platone, ut uitæ magistro, ita causæ pa-  
 trono, cuius legibus obedi-  
 tem me uidetis.

APOLOGIAE, SIVE DEFEN-  
 sionis magiæ, ad Claudium Max. procon-  
 sulem V. C. Oratio ſecunda.

**N**UNC tempus est ad epistolas  
 Pudentillæ præuerti, uel adeo  
 totius rei ordinem paulò altius  
 petere, ut omnibus manifestis-  
 simè pateat, me, quem lucri cu-  
 piditate inuasisse Pudentillæ  
 domum dicunt, si ullum lucrum cogitarem,  
 fugere semper à domo ista debuisse: quin &  
 in cæteris causis minimè prosperum matrimo-  
 nium: & nisi ipsa mulier tot incommoda uir-  
 tutibus suis repensaret, inimicum. Neq; enim  
 ulla alia causa, præter cassam inuidiam, reperi-  
 ri potest, quæ iudicium istud mihi, & multa ali-  
 tera pericula uitæ conſlauerit. Cæterum cur

ooo

Aemi-

Aemilianus commoueretur, etsi uerè me magnum comperisset, qui non modò ullo facto, sed ne tātulo quidē dicto meo lesus est, ut uideatur se merito ultum ire. neq; autē gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Albutium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Cūrio Q. Metellum. Quippe homines, eruditissimi iuuenes, laudis gratia primū hoc rudimentum forensis operæ subibant, ut aliquo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur. qui mos incipientibus adolescentulis, ad illustrandum ingenij florem, apud antiquos concessus diu exoleuit: quod si nunc quoque frequens esset, tamen ab hoc procul absuisset. Nam neque facundia ostentatio rudi & indocto, neque gloriæ cupido rustico & barbaro, neque inceptio patrocinatorum capulari seni congruisset: nisi forte Aemilianus pro sua seueritate exemplum dedit, & ipsis maleficijs infensus, accusationem istam pro morum integritate suscepit. Ad hoc ego Aemiliano, non huic Afro, sed illi Africano, & Numantino, & præterea Censorio uix credidissem, ne huic frutici credam non modò odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuius clarè dilucet, aliam rem inuidia nullam esse, quæ hunc, & Herenium Rufinum impulsorem huius, de quo mox dicam, cæterosq; inimicos meos,

ad neſtendas magiæ calumnias prouocari.  
Quinque igitur res ſunt, quas me oportet di-  
ſputare. Nam ſi probè memini, quod ad Pu-  
dentillam atinet, hæc obiecere. Vna res eſt,  
quod nunquã eam uoluiffe nubere poſt prio-  
rem maritum, ſed meis carminibus coactam  
dixere. Altera res eſt de epiftolis eius, quam  
confeſſionem magiæ putant. Deinde ſexage-  
ſimo anno ætatis ad libidinem nupſiſſe: &  
quod in uilla, ac non in oppido, tabulæ nuptiæ  
ſint conſignatæ, tertio & quarto loco ob-  
iecere. Nouiſſima, & eadem inuidioſiſſima  
criminatio de dote fuit, ibi omne uirus totis  
uiribus adnixi effudere, ibi maximè angeban-  
tur. Atque ita dixere, me grandem dotem  
mox in principio coniunctionis noſtræ, mu-  
lieri amanti, remotis arbitris in uilla extor-  
ſiſſe. Quæ omnia tam falſa, tam nihili, tam  
inania oſtendam, adeoq; facile & ſine ulla  
controuerſia refutabo, ut medius ſidus uere-  
ar. Maxime, quiq; in conſilio eſtis, ne demiffum  
& ſubornatum à me accuſatorem putetis, ut  
inuidiam meam reperta occasione palàm re-  
ſtinguerem. Mihi credite, quod reape intel-  
ligetur, oppido quàm mihi laborandum  
eſt, ne tam friuolam accuſationem me po-  
tius callidè excogitaſſe, quàm illos ſtultè ſu-  
ſcepiffe exiſtinetis. Nunc dum ordinem rei  
breuiter perſequor, & efficio ut ipſe Aemi-  
lianus

lianus recognoscat falsò se ad inuidiam meam  
 inductum, & longè à uerò aberrasse necesse  
 habeat confiteri, quæso uti adhuc fecerit-  
 tis, uel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem  
 & fundamentum † mendacij huiuscè  
 † iudicij. diligentissimè cognoscatis. Aemilia Puden-  
 tilla, quæ nunc mihi uxor est, ex quodam Si-  
 cinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pon-  
 tianum & Pudentem filios genuit: eosq; pu-  
 pillos in potestate aui paterni relictos (nam su-  
 perstite patre amicus decesserat) per annos fer-  
 mè quatuordecim memorabili pietate sedulo  
 aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flo-  
 re tam diu uidua: sed puerorum auus, inuitant  
 eam conciliare studebat alteri filio suo Sicinio  
 Claro, eoq; cæteros procos absterrebat. & præ-  
 terea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se si-  
 lijs eius ex paternis eorum bonis testamentò  
 relicturum. Quam conditionem cum obstina-  
 tè propositam uideret mulier sapiens, & egre-  
 giè pia, ne quid filijs suis eo nomine incommo-  
 daret, facit quidem tabulas nuptiales, cū quo  
 † iubeatur † uidebatur, cum Sicinio Claro. Verùm enim-  
 uerò uanis frustrationibus nuptias eludit, eo  
 ad, dum puerorum auus fato concessit, relictis  
 filijs eius hæredibus: ita ut Pontianus, qui ma-  
 ior natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupus  
 lo liberata, cum à principibus uiris in matre-  
 monium peteretur, decreuit, sibi diutius in ui-  
 duitate

Pro se ipso secunda. 213

duitate non permanendum. Quippe ut solitu-  
 dinis redium perpeti posset, tamen ægritudi-  
 nem corporis ferre non poterat, mulier sancte  
 pudica, tot annis uiduitatis sine culpa, sine fa-  
 bula, assuetudine coniugis torpens, & diutino  
 situ uiscerum faucia, uiciatis intimis uteri, sæpe  
 ad extremum uitæ discrimen doloribus obor-  
 tis exanimabatur. Medici cū obstetricibus con-  
 sentiebant, penuria matrimonij morbum quæ-  
 situm, malum indies augeri, ægritudinem in-  
 grauescere: dum ætatis aliquid supersit, nuptijs  
 ualitudinem medicandum. Consilium istud  
 cum alij approbarēt, tum maxime Aemilianus  
 iste, qui paulo prius confidentissimo menda-  
 cio adseuerabat, nunquam de nuptijs Puden-  
 tillam cogitasse, priusquam foret magicis ma-  
 leficijs à me coacta: me solum repertum, qui  
 uiduitatem eius uelut quandam uirginitatem  
 carminibus & uenenis uiolarem. Sæpe audiui  
 non de nihilo dici, mendacem memorem o-  
 portare. At tibi Aemiliane non uenit in men-  
 tem, priusquam ego Acæam uenirem, te lite-  
 ras etiam, uti nuberet, scripsisse ad filium eius  
 Pontianum, qui tum adultus Romæ agebat.  
 Cedò tu epistolam, uel potius da ipsi: legat, sua  
 sibi uoce, suisq; uerbis sese reuincat. Est ne hæc  
 tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu  
 quidem non potes. Est ne tua ista subscriptio?  
 Recita quæso clarius, ut omnes intelligāt, quæ

*Mendacem  
 memore esse  
 se oportere.*



tum lingua eius manu discrepet, quantumq;  
 minor illi sit mecum quam secum dissensio.  
 Epistola. Scripsisti ne hæc Aemiliane, quæ le-  
 cta sunt? Nubere illam uelle, & debere scio: sed  
 quem eligit, nescio. Rectè tu quidem, nescie-  
 bas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam mali-  
 gnitatem probè norat, de ipsa re tantum, cætes-  
 rum de petitore nihil fatebatur. At tu, dum eam  
 putas etiam nunc Claro fratri tuo denupturam,  
 falsa spe inductus, filio quoq; eius Pōtiano au-  
 tor assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset,  
 homini rusticano & decrepito seni, sponte eam  
 diceres, sine ulla magia, iam olim nupturisse.  
 Quoniam iuuenem talem, qualem dicitis, ele-  
 git, coactam fecisse ais: cæterum semper nu-  
 ptias aspernatam. Nescisti improbe, epistolam  
 tuam de ista re teneri: nescisti te tuomet testimo-  
 nio conuinctum iri. Quam tamen epistolam  
 Pudentilla, testem & indicem tuæ uoluntatis  
 (ut quæ te leuem & mutabilè, nec minus men-  
 dacem & impudentem sciret) maluit retinere,  
 quam mittere. Cæterum ipsa de ea re Pontia-  
 no filio suo Romam scripsit, etiam causas con-  
 silij sui plenè allegauit. Dixit illa omnia de uali-  
 tudine: nihil præterea esse, cur amplius debe-  
 ret obdurare: hæreditatem auiram longa ui-  
 duitate, cum despectu salutis suæ quæsisse: ean-  
 dem summa industria auxisse. Iam deum uo-  
 luntate, ipsum uxori, fratrem eius uirili toga  
 idonea

*Clarus.*

idoneos esse. Tandem aliquando se quoque parerentur solitudini suæ, & ægritudini subuenire. Cæterum de pietate sua & supremo iudicio nihil metuerent: qualis uidua eis fuerit, talem nuptam futuram. Recitari iubebo exemplum epistolæ huius, ad filium missæ. Epistola. Satis puto ex istis cuius liquere posse, Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam, sed olim sua sponte à nubendo non alienam, me fortasse præ cæteris maluisse. Quæ electio tam grauis scemina, cur mihi crimini potius quam honori danda sit, non reperio. Nonnihil tamen miror, quod Aemilianus & Rufinus id iudicium mulieris ægreferant: cum ij qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius quam animo obsecuta est. Ita factum, nec Aemilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis literis matris, con festim Romam aduolauit, metuens ne si quem auarum uirum nacta esset, omnia ( ut sæpe fit ) in mariti domum conferret. Ea sollicitudo non mediocriter animum angebat. Omnes illi, fratrisque, diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant. Auus modicum reliquerat, mater sestertiū quadrages possidebat. Ex quo sanè aliquantā pecuniam, nullis tabulis, sed ut æquum erat, mera fide acceptam filius debebat,

Apuleio quo  
modo nupta  
Pudentilla.

debebat. Hunc ille timorem mussitabat: aduersari propalam non audebat, ne uideretur diffidere. Cum in hoc statu res esset, inter precationem matris, & metum filij, forte ne an fato ego aduenio, pergens Alexandriam. Dixissem hercule, Quod utinam nunquam euenisset, ni me uxoris meae aspectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus, apud Appios ueteres amicos meos (quos honoris & amoris gratia nomino) aliquam multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus: na fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis, per quosdam communis amicos conciliatus, & arcto postea contubernio intime iunctus: facit omnia circa honorem meum obseruanter, circa salutem sollicitum, circa amorem callidum. quippe etenim uidebatur sibi peridoneum maritum patri reperisse, cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primo quidem uoluntatem meam uerbis inuersis periclitabundus, quoniam me uiae cupidum & conuersum ab uxoria re uidebat, orat saltem paulisper manerem, uelle se mecum proficisci: hyemem alteram propter Syrtis aestus & bestias opperendam, quod illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus me ab amicis meis Appijs aufert, ut ad sese in domum matris suae transferar, salubriorem mihi habitationem futuram. Praeterea prospectu matris, qui mihi gratissimus

Pro se ipso secunda. 217

gratissimus est, liberius me ex ea fruiturum. Hæc omnia adnixus impenso studio persuadet: & matrem suam, suumq; fratrem puerum istum mihi commendat. nonnihil à me in communibus studijs adiuuantur. Augetur oppidò familiaritas, interibi reualeasco. Dissero aliq; postulantibus amicis. Publicè omnes qui aderant, ingenti celebritate basilicâ, qui locus auditorij erat, cõplentes, inter alia pleraq; congruentissima uoce insigniter acclamant, petentes ut remanerem, fieremq; ciuis Aearnsum.

*Basilica.*

Mox auditorio misso, Pontianus eo principio me adortus, consensum publicæ uocis pro diuino auspicio interpretatur: aperitq;, consiliũ sibi esse, si ego non nolim, matrem suam, cui plurimi inhiant, mecum coniungere: quoniam mihi soli, ait, rerum omnium confidere sese, & credere, ut id onus recipiam: quoniam non forosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. Si hæc reputas, formæ aut diuitiarum gratia me ad aliam conditionem referuarem, neq; pro amico, neq; pro philosopho facturum. Nimis multa oratio est, si uelim memorare, quæ ego contrà responderim, quàm diu & quoties inter nos uerbigeratum sit, quot & qualibus precibus me adgressus, haud prius omiserit, quàm deniq; impetrarit: non, quin ego Pudentillam iam anno perpetim assiduo conuictu probè spectassem, & uirtutum

tutum eius dotes explorassem: sed utpote peregrinationis cupiens, impedimentum matrimonij aliquantisper recusaueram. mox tamen talem fœminam nihilo segnius uolui, quam si ultrò appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suæ, ut me alijs omnibus mallet: & quamprimum hæc perficere incredibili studio auebat. Vix ab eo tantulam moram impetramus, dum prius ipse uxorem duceret: Frater eius uirilis togæ usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur. Utinam hercule possem, quæ deinde dicenda sunt, sine maximo causæ dispendio transgredi: ne Pontiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignoui, uidear nunc leuitatem expræbrare. Confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam uxorem duxerit, à conspecta fide desciuisse: ac derepentè animi mutatum, quod antea nimio studio festinabat, pari pertinacia prohibitum esse. Deniq; matrimonium nostrum ne coalesceret, quiduis par, quiduis facere paratum fuisse: quamuis omnia illa tum animi fœda mutatio, & suscepta contra matrem similtas, non ipsi uitio uortenda sit, sed socero eius eccilli Herennio Rufino: qui unum neminem in terris uiliorem se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. Per paucis hominem quam modestissimè potero, necessario demonstrabo: nisi omnino de eo reticero,

Herennius  
Rufinus.

Pro se ipso secunda. 219

ticuero, operam perdiderit, quòd negocium i-  
stud mihi ex summis uiribus conflauit. Hic e-  
nim est pueruli huius instigator, hic accusatio-  
nis autor, hic aduocatorum conductòr, hic tes-  
tium coemptor, hic totius calumnie fornacu-  
la, hic Aemiliani huius fax & flagellum: idèq; a-  
pud omneis intemperantissimè gloriatur, me  
suo machinatu reum postulatum. Et sanè ha-  
bet in istis quod sibi plaudat. est enim omnium  
litium depector, omnium falsorum commen-  
tator, omnium simulationum architectus, om-  
nium malorum seminarium: nec non idem li-  
bidinum ganearumq; locus, lustrum, lupanar,  
iam inde ab in eunte æuo cunctis probris pa-  
lâm notus: olim in pueritia, priusquàm isto cal-  
uicio deformaretur, emasculatoribus suis ad  
omnia infanda morigerus: mox in iuuentute  
salcædis fabulis, exossis planè & eneruis, sed (ut  
audio) indocta & rudi mollitia. Negatur enim  
quicquam histrionis habuisse, præter impudie-  
ritiam. In hac etiam ætate, qua nunc est, qui i-  
stum deperduint multi sunt. honos aurib. præ-  
fandus est: domus eius tota lenonia, tota fami-  
lia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa,  
filij similes prorsus, diebus ac noctibus ludi-  
brio iuuentutis, ianua calcibus propulsata, fe-  
nestræ canticis circumstrepitæ, triclinium com-  
messatorib. inq; etũ, cubiculũ adulteris peruiũ.  
neq; enim ulli ad introeundum metus est, nisi  
qui

qui precium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia uectigalis est. Olim solers suo, nunc coniugis corpore uulgò meret. Cum ipso pleriq; nec mentior, cum ipso inquam de uxoris noctibus paciscuntur. Iam illa inter uirum & uxorem nota collusio: qui amplam stipem mulieri derulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu ascendunt. Qui inaniores uenere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, & quasi ad discendū uenerint, non prius abeunt quam aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna deuolutus, quam <sup>†</sup> cū fraude patris ex inopinato inuenerat? Pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecuniã quã pudorẽ. Nam cum undique uersum tabulis flagitaretur, & quasi insanus ab omnib. obuijs teneretur, lex (inquit) negat posse dissoluere. annulos aureos & omnia insignia dignitatis abiicit: cū creditorib. depaescitur. Pleraq; tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus, & ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, nõ mentior, sestertiũ triginta deuorandum. Tantum enim ad eum de bonis maris liberũ uenit, præter quod ei uxor sua quotidiana dotibus quæsiuit. Quæ tamẽ omnia in paucis annis ita hic degulator studiosẽ in uentrem condidit, & omnimodis collurchinationibus dilapidauit, ut crederes metuere, ne quid habere

Pro se ipſo ſecunda.

221

bere ex fraude paterna diceretur, homo iuſtus,  
& morum \* dedit operam, quod malè partum  
erat, ut malè periret. Nec quicquã ei relictum  
eſt ex largiore fortuna, præter ambitionem mi  
ſeram, & profundam gulam. Cæterùm uxor  
iam propemodum uetula & effæta, totam do  
mum contumelijs abnuit. Filia autem per ado  
leſcentulos ditiores, inuitamento matris ſuæ  
nequicquã circumlata, quibuſdam etiam pro  
cis ad experiendum permiſſa, niſi in facilita  
tem Pontiani incidiſſet, fortaſſe an adhuc ui  
dua, antè quàm nupta, domi ſediſſet. Pontia  
nus ei, multum quidem dehortantibus nobis,  
nuptiarum titulum falſum & imaginarium do  
nauit, non neſcius eam paulo antè quàm duce  
ret, à quodam honeſtiſſimo iuvene, cui prius  
pacta fuerat, poſt ſatietatem dereliſtam. Venit  
igitur ad eum noua nupta, ſecura & intrepida,  
pudore diſpoliato, flore exoleto, flammeo ob  
ſoleto, uirgo ruruſum poſt recens repudium, no  
men potius aſſerens puellæ quàm integritatè.  
Veſtabatur oſtaphoro. Viditiſ proſectò, qui  
aſſuiſtiſ, quàm improba iuuenum circumſpe  
ctatrix, quàm immodica ſui oſtentatrix. Quis  
non diſciplinam matris agnouit, cum in puel  
la uideret immedicatũ os, & purpuriffatas ge  
nas, & illices oculos? Dos erat à creditore om  
nis ad ternuncium pridie ſumpta, & quidem  
grandior quàm domus exauſta, & plena libe  
ris poe



ris postulabat. Sedenim iste ut est rei modicus, spei immodicus, pari auaricia et egestate totū Pudentillæ quadragies præsumptione cassa deuorarat: eoq; me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem, Pudentillæ solitudinem circumueniret, in fit generum suum ob iurgare, quod matrem suam mihi desponderat: suadet, quamprimū ex tanto periculo, dum licet, pedem referat: res matris ipse porius habeat, quā homini extrario sciens transmittat. ni ita faciat, iniicit scrupulum amanti adolescentulo, ueterator minatur se filiam abducturum. Quid multis? iuuenem simplicem, præterea nouæ nuptæ illecebris obfrenatum, suo arbitratu de uia deflectit. It ille ad matrem uerborum Rufini gerulus: sed nequitiam tentata eius grauitate, ultro ipse lenitatis & inconstantia increpitus, reportat ad focerum haud mollia. Matri suæ, præter ingenium placidissimum, & immobile, iram quoque sua ex postulatione accessisse, non mediocre pertinacia adiuuentum. Respondit eam denique, non clam se esse, Rufini ex oratione secum ex postulari: eo uel magis sibi auxilium mariti aduersum eius desperatam auariciam comparandum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suæ, ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in sceminam sanctissimam & pudicissimam, presente filio eius,  
digna

Pro se ipso secunda.

223

digna cubiculo suo diceret : amatricem eam,  
 me magum & ueneficum clamitaret, multis  
 audientibus : quos, si uoles, nominabo. se mi-  
 hi sua manu mortem allaturum. Vix hercule  
 possum iræ moderari. Ingens indignatio a-  
 nimo oboritur : Tu ne effœminatissime, tua  
 manu cuiquam uiro mortem minitaris ? At  
 qua tandem manu ? Philomelæ ? an Medææ ?  
 an Clitemnestræ ? quas tamen consultas, tan-  
 ta mollicia animi, tanta formido ferri est, si-  
 ne cludine saltras. Sed ne longius ab ordine  
 digrediar : Pudentilla, postquam filium ui-  
 det præter opinionem, contra suam esse sen-  
 tentiam deprauatum, rus profecta, scripsit ad  
 eum obiurgandi gratia illas famosissimas li-  
 teras, quibus ( ut isti aiebant ) confessa est, se  
 se mea magia in amorem inductam dementis-  
 re. Quas tamen literas tabulario Pontiani  
 præsentē, & contra scribente Aemiliano, nu-  
 diustertius tuo iussu Maxime testato descri-  
 psimus, in quibus omnia contra prædicatio-  
 nem istorum pro me reperiuntur. Quanquam  
 etsi districtius magum me dixisset, posset ui-  
 deri excusabunda, se filio uim meam, quam  
 uoluntatem suam, causari maluisse. An so-  
 la Phædra falsum epistolum de amore com-  
 menta est ? An non omnibus mulieribus hæc  
 ars usitata est, ut cum aliquid eiusmodi uel-  
 le ceperunt, malint coactæ uideri ? Quod si  
 animo

Mulieres  
 quod max.  
 cupiunt, dis-  
 simulare ma-  
 xime.

animo etiam ita putauit me magū esse, iccirco ne magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla? Vos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, magum me non probatis: illa uno uerbo probaret? Et quanto tandem grauius habendū est, quod in iudicio subscribitur, quam quod in epistola scribitur? Quin tume meismet factis, non alienis uerbis reuincis. Cæterum eadem uia multi rei cuiusuis maleficij postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisq; in epistola sua uel amore uel odio cuiuspian scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem? Quid enim si pictorem, si medicū? quid deniq; si innocentem, num aliquid horum putares, iccirco quod illa dixisset? Nihil scilicet. Atqui periniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus nō haberes: posse literas eius ad perniciem, non posse ad salutem. Sed inquieti animi fuit: efflictim te amabat. Concedo interim. Num tamen omnes qui amantur, magi sunt, si hoc fortè qui amat scripserit? Cedò nunc, quod Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foris scripsit, quod palàm erat mihi obfuturum. Postremo quid uis, sanam an insanam fuisse, dum scriberet? Sanam, dices: nihil ergo erat magicis artibus passa. Insanam respondebis: nescije ergo quid scripserit, eoq; ei fides non habenda est.

Pro se ipso secunda.

225

imò etiam si fuisset insana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurdè facit, qui tacere se dicit, & ipsa professione quod profitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat. Ego insanio quod uerùm non est, nisi sciès dicit. Porrò sanus est, qui scit quid sit insania. Quippe insania scire se non potest, nõ magis quàm cæcitas se uidere. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum, si uelim, pluribus: sed mitto dialectica. Ipsas literas longè aliud clamanteis, & quasi dedita opera ad iudicium istud præparatas & accommodatas recitabo. Accipe tu, & lege, usque dum ego interloquar. Epistola. Substine paulisper quæ sequuntur: nam ad diuerticulum rei uentum est. Adhuc enim Maxime, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier magiam nominauit: sed ordinè repetiuit eundem, quem ego paulo prius longa uiduitate de remedio ualitudinis, de uoluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hæc usque adhuc lecta sunt. Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum uertit cornua, ad expellendum à me crimen magiæ, sedulò omissa, memorabili laude Rufini uice mutauit: & ultro contrariã

PPP

mihî

mihî opinionem quorundam *Æansium* quasi mago quæsiuit. Multa fando Maxime audisti, & plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim uersutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflata, negabis te unquam cognouisse. Quis Palamedes, quis Siphax, quis denique Eurybates aut Phirinondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominavi, & si qui præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac uena Rufini fallacia contendantur, machi prorsus & bochones uidebuntur. O' mirum commentum, ô subtilitas digna carcere & robore. Quis credat effici potuisse, ut quæ defensio fuerat, eadem manentibus iisdem litteris, in accusationem transuerteretur? Est hercule incredibile. Sed hoc incredibile quifit factum probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, quòd me talem uirum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententia magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc modum se habebant. *Ἀπολείψῃ μάγος, καὶ ἕγω ἕω' αὐτοῦ μεμειγμένον, καὶ ἕως ἡδὲν τοῦ πρὸς ἐμὲ, ἐτι σαρφρονῶ.* Hæc ipsa uerba Rufinus, quæ Græcè interposuit, sola excerpta, & ab ordine suo seiugata, quasi confessionem mulieris circumferens, & Pontianum per forum ductans, uulgò ostendebat. Ipsas mulieris literas illatenus, qua dixi, legendas præbebat: cætera suprâ & infra scri-

Pro se ipso secunda.

217

frā scripta occultabat. Turpiora esse, quam  
 ut ostenderentur, dictitabat. Satis esse, con-  
 fessionem mulieris de magia cognosci. Quid  
 quæris? uerisimile omnibus uisum. Quæ  
 purgandi mei gratia scripta erant, eadem  
 mihi immanem inuidiam apud imperitos  
 concitauerunt. Turbabat impurus hic, in me-  
 dio foro bacchabundus: epistolam sæpe ape-  
 riens proquirabat: Apuleius magus, dicit  
 ipsa quæ sentit & patitur: quid uultis am-  
 plius? Nemo erat qui pro me ferret, ac sic re-  
 sponderet: Totam sodes epistolam ceddō: si-  
 ne omnia inspiciam, principio ad finem per-  
 legam. Multa sunt, quæ sola prolata calum-  
 niæ possint uideri obnoxia: cuius oratio  
 insimulari potest, si ea quæ ex prioribus ne-  
 xa sunt, principio sui defraudentur: si quæ-  
 dam ex ordine scriptorum ad libidinem  
 supprimantur: si quæ simulationis cau-  
 sa dicta sunt, adseuerantis pronuntiatio-  
 ne quam exprobrantis legantur. Hæc, &  
 id genus ea, quam merito tunc dici po-  
 tuerint, ipse ordo epistolæ ostendat. At  
 tu Aemiliane recognosce, an & hæc mecum  
 testato descripseris:

*βουλομένω γάρ με δι' ἄς ἀπο-  
 κτίας γαμβλώσαι, ἀντὶ τὸς τοῦτο ἐπιστὰς ἀντὶ πάντων ἀ-  
 γῆσαι, δαυμάζων τὸν ἄνδρα, καὶ σπεύδω αὐτὸν οἰκίσαι  
 ἡμῖν δι' ἐμοῦ ποιῆσαι. νῦν δὲ ὡς μοχθηροὶ ἡμῶν, κἀκευθὺς  
 εἰ ἀπατάσιν ἀφνίδιον ἔγενετο ἀποκίτης μάγος, καὶ ἔγω-*

L. Apuleij apologia

*μη μάλιστά μοι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ἑρπὶς ἐλθῆτω νῦν πρὸς ἑμὲ, ὥστε ἴτε  
 τε ἀποφρονῶ.* Oro te Maxime, si literæ ita ut  
 partim uocales dicuntur, etiam propriam uo-  
 cem usurparent, si uerba ita ut poetæ aiunt,  
 pinnis apta uulgò uolarent, nōne cum pri-  
 mùm epistolam istam Rufinus mala fide ex-  
 cerperet, pauca legeret, multa & meliora sci-  
 stè se detineri proclamassent? uerba suppres-  
 sa de Rufini manibus foras euolassent? totū  
 forum tumultu complessent? se quoq; à Pu-  
 dentilla missas, sibi etiam quæ dicerent man-  
 data? improbo ac nefario homini per alienas  
 literas falsum facere tentanti ne ausculta-  
 ret, sibi potius audirent: Apuleium magis non  
 accusatum à Pudentilla, sed accusante Rufi-  
 no absolutū? Quæ omnia etsi tum dicta non  
 sunt, tamen nunc cum magis profunt, luce il-  
 lustrius apparent. Patent artes tuæ Rufine,  
 fraudes hiant, detectum mendacium est: ue-  
 ritas olim interuersa, nunc se effert, & uelut  
 alto barathro calumnias emergit. Ad literas  
 Pudentillæ prouocastis: literis uinco. quarū  
 si uultis extremam quoq; clausulam audire,  
 non inuidebo. Dic tu, quibus uerbis episto-  
 lam finierit mulier obcātata, uecors, amens,  
 amans. *ἐγὼ εἶμι μάλιστά μοι, ὥστε ἴτε πρὸς ἑμὲ ἵνα ἐμαρτυ-  
 ρῶ ἑστί.* Etiam ne amplius? Reclamat uobis  
 Pudentilla, & sanitatē suam à uestris calum-  
 nijs

Pro se ipso secunda.

229

nijis quodam præconio uindicat. Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem fato ascribit, à quo multum magia remota est, uel potius omnino sublata. Quæ enim relinquatur uis cantaminibus & ueneficijs, si fatum *Fatum.* rei cuiusque, ueluti uiolentissimus torrens, neque retineri potest, neque impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla non modò me magum, sed omnino esse magiam negauit. Bene, quòd integras epistolas matris Pótianus ex more adseruauit. Bene, quòd uos festinatio iudicij anteuortit, ne quid in istis literis ex ocio nouaretis. Tuum hoc Maxime, tuèque providentiæ beneficium est, quòd à principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitasti, & nulla impertita mora subneruasti. Finge nunc, aliquid matrem filio secretis literis de amore, uti assolet, confessam. Hoccine uerum fuit Rufine, hoc non dico pium, sed saltem humanum, promulgari eas literas, & potissimum filij præconio publicari? Sed sum ego inscius, qui postulo ut alienum pudorem conserues, qui tuum perdidideris? Cur autem præterita conqueror, cum non sint minus acerba præsentia? Hucusque à uobis miserum istum puerum deprauiatum, ut matris suæ epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali Proconsuli recitet, apud uirum sanctissimum Claudium Maximum,



ante has Imperatoris pij statuas, filius matris  
suz pudenda exprobrat supra, & amores  
obiectet? Quis tam est mitis, quin exacerbe-  
scat? Tunc ultro parentis tuæ animum in-  
stis scrutaris? oculos obseruas? suspiritus nu-  
meras? affectiones exploras? tabulas inter-  
cipis? amorem reuincis? Tunc quod in cu-  
biculo agat, perquiris? nã mater tua non di-  
co amatrix, sed ne omnino fœmina est? nã  
tu in ea cogitas, nisi unam parentis religio-  
nem? O infelix uterum tuum Pudentilla, ô  
sterilitas liberis potior, ô infausti decem men-  
ses, ô ingrati quatuordecim anni uiduitatis.

*Vipera par-  
tus.*

Vipera, ut audio, exeso matris utero in luce  
proserpit, atque ita parricidio gignitur. At e-  
nim tibi à filio iam adulto, acerbiores morsus  
uiuenti & uidenti offeruntur: silentium tuum  
laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum  
foditur, uiscera intima protrahuntur. Hasci-  
ne gratias bonus filius matri rependis. ob da-  
tam uitam? ob acquisitam hæreditatem? ob  
quatuordecim annorum longas alimonias?  
Hiscine te patruus disciplinis erudiuit, ut si  
compertum habeas, filios tibi similes futuros,  
non audeas ducere uxorem? Est ille Poetæ  
uersus non ignotus;

*Odi puerulos præcoci sapientia.*

Sedenim malicia præcoci puerum quis non  
auerfetur, atq; oderit: cum uideat uelut mon-  
strum

Pro se ipso secunda.

231

strum quoddam, prius robustos scelere quam tempore, antè nocentem quam potentem, uiridi pueritia, cana malitia : uel potius hoc magis noxium, quòd cum uenia perniciosus est : & nondum pœnæ, iam iniuriæ sufficit. Iniuriæ dico: immò enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis, ex captiuis epistolis Philippi Macedonis hostis sui, unam epistolam, cum singulæ publicè legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conscripta: hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diulgarent: præferendum rati fas commune, propriæ ultioni. Tales hostes, aduersus hostem. Tu qualis filius aduersus matrem: uides quam similia contendam? Tu tamen filius matris epistolas, de amore, ut ais, scriptas, in isto cœtu legis: in quo si aliquem poetâ lasciuiorē iubereris legere, profectò non auderes, pudore tamen aliquo impediturè: immò enim nunquam matris tuæ literas attigisses, si ullas alias literas attigisses, ad quam ausus es tuam ipsius epistolam legendam dare: quam nimis irreuerenter, nimis contumeliose & turpiter de matre tua scriptam, cum adhuc in eius sinu alerè, miseris clanculò ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses, ac tam bonum tuum factum

*Literæ coniugum nõ publicandæ.*

obtuto capefferet. Miser non intelligis, iccirco patruum tuum hoc fieri passum, quo se omnibus purgaret, si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius quam ad eum commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen iam tum vulpionem & impium fuisse. Cæterum nequeo in animum inducere, tam stultum Æmilianum esse, ut arbitretur mihi literas pueri, & eiusdem accusatoris mei obfuturas. Fuit & illa commenticia epistola, neq; mea manu scripta, neq; uerisimiliter conficta, qua uideri uolebant blanditijs à me mulierem sollicitatam. Cur ergo blandirer, si magiæ confidebam? Qua autem uia ad istos peruenit epistola, ad Pudentillam scilicet per aliquem fidelem missa, ut in re tali actitari solet? Cur præterea tam uitiosis uerbis, tam barbaro sermone ego conscriberem, quem ijdem dicunt nequaquam Græcæ linguæ imperitum? Cur autem tam absurdis tamq; tabernarijs blanditijs subagitarem, quem ijdem aiunt uersibus amatorijs satis scitè lasciuiare? Sic est profectò, cuius palàm est: hic qui epistolam Pudentillæ Græcатиorem legere non poterat, hanc ut suam facilius legit, & aptius cõmendauit. Sed iam de epistolis satis dictum habeo, si hoc unum addidero. Pudentillam, quæ scripserat dissimulamenti causa & deridiculi, *ἡ ἀβίρω ἰως ἴτι σὺ φρονῶ*, post hæc literas euocasse ad

Pro se ipso secunda. 233

se ad se filios, & nurum: cum his fermè duobus mensibus conuersatam. Dicat hic pius filius, quid in eo tempore secus agentem uel loquentem matrem suam, propter insaniam, uiderit. Neget eam rationibus uillicorum, & opilionum, & equisionum solertissimè subscripsisse. Neget fratrem suum Pontianum grauiter ab ea monitū, ut sibi ab insidijs Rufini caueret. Neget uerè obiurgatū, quòd literas, quas ad eum miserat, uulgò circumtulisset, nec tamè bona fide legisset. Neget post ista quæ dixi, matrem suam mihi apud uillam iam pridem condicōto loco nupsisse. Quippe ita placuerat, in suburbana uilla potius ut coniungeremur, ne ciues denuò ad sportulas conuolarent, cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummūm in populum expunxisset ea die, qua Pontianus uxorem duxit, & hic puerulus toga est inuolutus. Præterea ut conuiujs multis ac mollestijs supersederemus, quæ fermè ex more nouis maritis obeunda sūnt. Habes Æmilianæ causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint, sed in uilla suburbana consignatæ, ne quinquaginta milia nummūm denuò profundenda essent, nec tecum aut apud te cœnandum. Est ne causa idonea? Miror tamen, quòd tu à uilla tantopere abhorreas, qui plerunq; ruri

*In matrimo-  
nys daban-  
tur sportu-  
la.*

*Uxorem ad  
prolem mul-  
to auspica-  
tius in uilla  
quàm oppi-  
do duci.*

uersere. Lex quidem Iulia de maritandis or-  
dinibus, nunquam scilicet ad hunc modum  
interdicit, Uxorem in uilla ne ducito. Immo  
si uerum uelis, uxor ad prolem multo auspica-  
tius in uilla quàm in oppido ducitur; in solo  
uberi, quàm in loco sterili: in agri cespice,  
quàm in fori silice: mater futura in ipso ma-  
terno, si nubat in segete, adulta super fœcun-  
dam glebam. uel enim sub ulmo marita cu-  
bet in ipso gremio terræ, matres inter sobo-  
les herbarum & propagines uitium & arbo-  
rum germina. ibi & ille celeberrimus in Co-  
mædijs uersus de proximo congruit,

\* \*

Romanorum etiam maioribus, Quintijs  
& Serranis, & multis alijs similibus, non mo-  
dò uxores, uerùm etiam consulatus & dicta-  
turæ in agris offerebantur. Cohibebo me  
in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam,  
si uillam laudauero. De ætate uerò Puden-  
tillæ, de qua post ista satis confidenter men-  
titus es, ut etiam sexaginta annos natam di-  
ceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo.  
nam in re tam perspicua non est necesse plu-  
ribus disputare. Pater eius natam sibi filiam,  
more cæterorum professus est: tabulæ eius  
partim tabulario publico, partim domo ad-  
seruantur, quæ tibi ob os obijciuntur. Porri-  
ge Æmilianio tabulas istas: lignum confide-  
ret, si.

ret, signa quæ impressa sunt recognoscat, Consules legat, annos computet, quos sexaginta mulieri assignabat. probet quinque & quinquaginta. Lustrò mentitus est. parum hoc est, liberalius agam. nam & ipse Pudentillæ multos annos largitus est: redonabo igitur uicissim. Decem annos Mezentius cum Ulysse errauit, quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatores agam, bis duplum quinquennium faciam, uiginti annos semel detrahā. Iube Maxime consules computari: nisi fallor, inuenies nunc Pudentillæ haud multo amplius quadragesimum annum ætatis ire. O falsum, audax & nimium, o mendacium uiginti annorum exilio puniendum: dimidio tanta Æmiliane mentiri falsa audes sesquialtera? Si triginta annos pro decem dixisses, posses uideri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. Cum uerò quadraginta, quæ facilius cæteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges. non potes digitorum gestu errasse, nisi fortè triginta annorum Pudentillam ratus, binos cuiusque anni Consules numerasti. Missa hæc facio: uenio nunc ad ipsam stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficij. Respondeat Æmilianus, & Rufinus, ob quod emolumentum, et si maxime

maximè magus forem, Pudentillam carminibus & uenenis ad matrimonium pellexissem. Atq; ego scio plerosq; reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quæpiam causæ probarètur, hoc uno se tamen abundè defendisse, uitam suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere: nec id sibi obesse debere, quòd uideantur quædam fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamenta. Non enim omnia quæ fieri potuerint, pro factis habenda. Rerum uices uarias euenire: certum indicem cuiusq; animum esse, qui semper eodem ingenio ad uirtutem uel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi criminis, aut respuendi. Hæc ego quanquam possum meritò dicere, tamen uobis condono. Nec satis mihi duco, si me omnium quæ insimulastis abundè purgavi, si nusquam passus sum uel exiguam suspicionem magiæ consistere. Reputate uobiscum, quanta fiducia innocentia meæ, quantoq; despectu uestri agam, si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum commodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis. Ego ille sim Carinondas, uel Damigeron, uel Hismoses, uel Ioannes, uel Apollonius, uel ipse Dardanus, uel quicumque alius post Zoroastren & Hostanen inter magos

*Magi insigniores.*

magos celebratus est. Vide quæso Maxime quem tumultum suscitavit, quoniam ego paucos magorum nominatim percensui.

Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? Doceam + Rufinum, hæc & multo plura alia nomina in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? An disputem, longè aliud esse noticiam nominum, aliud artis eiusdem habere communionem? Nec debere doctrinæ instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi? An quod multo præstabilius est, tua doctrina Claudi Maxime, tuâq; perfectâ eruditione fretus, contempnam stultis & impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam: quid illi existiment + nacti non putabo. quod institui, pergâ disputare, nullam mihi causam fuisse, Pudentillam ueneficijs ad nuptias prolectandi. Formam mulieris & ætatem ipsi ultro improbauerunt, idq; mihi uitio dederunt, talem uxorem causâ auariciæ concupisse: atque adeò primò dotem in congressu grandem & uberem rapuisse. Ad hæc, Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil uerbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ loquantur: in quibus omnia contrâ quàm isti ex sua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta impresentiarum, & prouisa in posterum deprehendes.

+ rursus

+ nacti, uel  
nauti.



Dos Apuleij.

ferat

hendes. Iam primum mulieris locupletissimæ modicam dotem, neque eam datam, sed tantummodo promissam. Præter hæc, ea conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis uita demigrasset, ut dos omnis apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret. Sin uerò uno unâ ue superstite diem suum obisset, uti tum diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet. Hæc, ut dico, tabulis ipsis docebo.

Fors + fuerit, ut ne sic quidem credat Æmilianus, sola trecenta millia nummum scripta, eorumque repetitionem filijs Pudentillæ pacto datam. Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino. Legat: pudeat illum tumidi animi sui, & ambitiosæ mendicitatis. quippe ipse egens, nudus, trecentis milibus nummum à creditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla locuplex fœmina trecentis millibus dotis fuit contenta: & maritum habet, & multis sæpe & ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulæ dotis contentum: cæterum præter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque diuitias in concordia coniugis & + multo amore ponentem. Quanquam quis omnium uel exiguè rerum peritus culpâre auderet, si mulier uida & mediocri forma, at nō græte mediocri, nubere

mutuo

Pro se ipſo ſecunda.

239

nubere uolens, longa dote & molli cōditio-  
 ne inuiſſet iuuenem, neque corpore, neq;  
 animo, neque fortuna pœnitendum. Virgo *Virgo for-  
 moſa, licet*  
 formoſa, etſi ſit oppidò pauper, tamè abundè *pauper, ſaa*  
 dotata eſt. Affert quippe ad maritum nouum *dotata.*  
 animi indolem, pulchritudinis gratiam, flo-  
 ris rudimentum. Ipſa uirginitatis cōmenda-  
 tio, iure meritoq; omnibus maritis acceptiſſi-  
 ma eſt. Nam quodcunq; aliud in dotem acce-  
 peris, potes, cum libuit, ne ſis beneficio ob-  
 ſtrictus, omne, ut acceperas, retribuere: pecu-  
 niam remunerare, mācipia reſtituere, domo  
 demigrare, prædijs cedere: ſola uirginitas,  
 cum ſemel accepta eſt, reddi nequitur: ſola a-  
 pud maritum ex rebus dotalibus remanet.  
 Vidua autè qualis nuptijs uenit, talis diuor-  
 tio digreditur, nihil affert + impoſſibile, ſed *+ irrepofcio*  
 uenit iam ab alio præſtorata: certè tibi, ad que *bile*  
 uelis, minimè docilis: non minus ſuſpectans  
 nouam domum, quàm ipſa iam ob unum di-  
 uortium ſuſpectanda: ſiue illa morte amiſit  
 maritum, ut ſæui ominis mulier, & infauſti  
 coniugij, minimè appetenda: ſeu repudio  
 digreſſa eſt, utramuis + habeat culpam mu- *+ habens*  
 lier, quæ aut tam intolerabilis fuit ut repu-  
 diaretur, aut tam inſolens ut repudiaret.  
 Ob hæc & alia uiduæ dote aucta procos  
 ſolicitant: quod Pudentilla quoque in alio  
 marito feciſſet, ſi philoſophum ſpernentem  
 dotis

dotis non reperisset. Age uerò, si auariciæ causa mulierẽ concupissem, quid mihi utilius ad possidendam domum eius fuit, quàm si multatẽ inter matrem & filios ferere? alienare ab eius animo liberorum charitatẽ, quo liberius & arctius desolatam mulierem solus possiderem? Fuit ne hoc prædonis, quod esse uos fingitis? Ego uerò quietis & concordix & pietatis autor, conciliator, fauissor, non modò noua odia non serui, sed uetera quoque funditus extirpauì. Suasi uxori meæ, cuius, ut isti aiunt, iam uniuersas opes transuoraram: suasi inquam, ac denique persuasi, ut filijs pecuniã suam reposcentibus, de quo supra dixeram, ut eam pecuniam sine mora redderet in prædijs uili æstimationis, & quanto ipsi uolebant. Præterea ex re familiari sua fructuosissimos agros, & grandem domum, opulentè ornatam, magnamque uim tritici & ordeï, & uini & olei, cæterorumque fructuum. Seruos quoque haud minus quadringentos, pecora amplius neque pauca neque abiecti precij donaret, ut eos & ex ea quam tribuisset parte securos haberet, & ad cætera hæreditatis bona spe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudentilla (patietur enim me, uti res fuit, ita dicere) ægrè exauditus ingentibus precibus, inuitè & iratè extorsì: matrem filijs reconciliaui: pri-

Apuleius hæ  
reditatem si  
lijs imparti-  
tur.

ui: priuignos meos primo hoc uitrici benefi-  
 cio grandi pecunia auxili. Cognitum hoc eſt  
 tota ciuitate. Rufinum omnes execrati, me  
 laudibus tulere. Venerat ad nos, priuſ-  
 quam iſtam donationem mater perficeret,  
 cum diſſimili iſto fratre ſuo Pontianus, ante *Pontianus*  
 pedes noſtros aduolutus, ueniam & obliuio *pœnitens:*  
 nem præteritorum omnium poſtulat, flens  
 & manus noſtras obſculabundus, ac dicens  
 pœnitere, quòd Rufino & ſimilibus auſcul-  
 tarit. Petit poſtea ſuppliciter, uti ſe Lolliano  
 quoq; Auito C.V. purgem, cui haud pridem  
 tyrocinio profectionis ſuæ fuerat à me com-  
 mendatus: quippe compererat, ante paucos  
 dies omnia me, ut acta erant, ſad eum perſcri-  
 piſſe. Id quoque à me impetrat. Itaque acce-  
 ptis literis Carthaginem pergit: ubi iam pro-  
 pè exacto Conſulatus ſui munere, Lollianus *Lollianus*  
 Auitus te Maxime opperiebatur. His epiſto- *Auitus:*  
 lis meis lectis, pro ſua eximia humanitate gra-  
 tulatus Pontiano, quòd citò errorem ſuum  
 correxiſſet, reſcripſit mihi per eum: Quas lit-  
 teras, dij boni, qua doctrina? quo lepore?  
 qua uerborum amœnitate ſimul & iucundi-  
 tate? Proſus, ut uir bonus dicendi peritus.  
 Scio te, Maxime, libenter eius literas audi-  
 turum. Et quidem ſi perlegam, mea uoce pro-  
 nunciabo. Cedò tu Auiti epiſtolas, ut quæ  
 ſemper ornamento mihi fuerunt, ſint nunc

etiam salutem. At tu, licebit aquam sinas fluere. Namque optimi uiri literas ter & quater ab eo quantouis temporis dispendio lectitarem. Auiti literæ. Non sum nescius, debuisse me post istas Auiti literas perorare. Quem enim laudatorẽ locupletiozem, quem testem uitæ meæ sanctiozem producam? Quem denique aduocatum facundiozem? Multos in uita mea Romani nominis disertos uiros sedulo cognoui, sed sum æquẽ neminem admiratus. Nemo est hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac spei, quin Auitus esse longẽ malit, si cum eo se remota inuidia uelit conferre, Quippe omnes fandi uirtutes penẽ diuersæ in illo uiro congruunt. Quancunque orationem struxerit Auitus, ita illa erit undique sui perfectẽ absoluta, ut in illa neque Cato grauitatem requirat, neque Lælius lenitatem, neque Gracchus impetum, nec Cæsar calorem, nec Hortensius distributionem, nec Caluus argutias, nec parsimoniã Sallustius, nec opulentiam Cicero. Prorsus in qua, ne omnis persequar, si Auitum audias, neque additum quicquam uelis, neque detractum, neque autem aliquid commutatam. Video, Maxime, quã benignẽ audias, quæ in amico tuo Auito recognoscis. Tua me comitas, ut uel pauca dicerem de eo, inuitauit. At non  
 usq;

Auiti elo-  
 quentia.

Pro se ipso secunda. 243

usque adeò tuæ benevolentia indulgebo, ut mihi permittam iam propemodum fessò in causa prorsus ad finem inclinata, de egregijs uirtutibus eius nunc demum incipere: quin potius eas integris uiribus & tempori libero feruem. Nunc enim mihi (quod ægrefero) à commemoratione tanti uiri, ad pestis istas oratio reuoluenda est. Audés ne te ergo Æmiliane cum Auito conferres? Quem ne ille bonum uirum ait, cuius animi disputationem tam plenè suis literis collaudat, cum tu magiæ maleficiij criminis insectabere? An inuasisse me domum Pudentillæ, & compilare bona eius? Tu magis dolere debes, quàm doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum, uestro scilicet instinctu, ortas simultates, etiam absenti, apud Auitum satisfecit: qui mihi apud tantum uirum gratias egit. Puta me acta apud Auitum, non literas ipsius legisse. Quid posses, uel quas quis in isto negotio accusare? Pontianus ipse, quod à matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat: Pontianus me uitricum sibi contigisse intimis affectionibus lætabatur. Quòd utinam incolumis Carthagine reuertisset: uel quoniam sic ei fuerat fato decretum, utinam tu Rufine † summum eius iudicium non impedisisses, quas mihi aut coràm, aut denique

† supremum

in testamento gratias egisset? Literas tamen  
 quas ad me Carthagine, uel iam adueniens  
 ex itinere premisit, quas adhuc ualidus, quas  
 iam æger, plenas honoris, plenas amoris,  
 quæso Maxime paulisper recitari sinas, ut  
 sciat frater eius, accusator meus, quàm in o-  
 mnibus Mineruæ curriculum cum fratre o-  
 ptimæ memoriæ † uiro currat. Pontiani li-  
 teræ. Audisti ne uocabula, quæ mihi Pon-  
 tianus frater tuus tribuerat? Me parentem  
 suum, me dominum, me magistrum, cum sæ-  
 pe aliàs, tum in extremo tempore uitæ uo-  
 cans. Posses tuas quoque paris epistolas  
 promere, si uel exiguam moram tanti puta-  
 rem: potius testamentum illud recens tui fra-  
 tris, quanquam imperfectum, tamen profer-  
 ri cuperem, in quo mei officiosissimè & ho-  
 nestissimè meminit. Quod tamen testamen-  
 tum Rufinus neque comparari, neque perfici  
 passus est, pudore perditæ hæreditatis,  
 quam paucorû mensium, quibus focer Pon-  
 tiani fuit, magno quidem precio noctium  
 computarat. Præterea nescio quos Chaldæ-  
 os consuluerat, quo lucro filiam collocaret.  
 Qui, ut audio, utinam illud non uerè respon-  
 dissent, primùm eius maritum in paucis men-  
 sibus moriturum. Cætera enim de hæredi-  
 tate (ut assolent) ad consulentis uotum con-  
 finxerunt. Verùm, ut dij uoluere, quasi cæca  
 bestia,

\* uir occur-  
 rat.

beſtia, incaſſum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini malè compertam, non modò hæredem non reliquit, ſed ne honeſto quidem legato impertiuit: quippe qui ei ad ignominiam lintea aſcribi ducentorum ferè denariorum iuſſit. ut intelligeretur iratus potius externaſſe eam, quàm oblitus præteriſſe. Scripſit autem heredes tam hoc teſtamèto quàm priore, quod lectum eſt, matrem cum fratre, cui, ut uides, admodum puero, tandem illam filiæ ſuæ machinam Rufino admouet, ac mulierem alioqui multò natu maiorem, nuperimè uxorem fratris, miſero puero obijcit, & obſternit. At ille puellæ meretricis blandimentis, & lenonis patris illectamentis captus & poſſeſſus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre, ad patrum commigravit, quo facilius remotis nobis cœpta perficerentur. Fauet enim Rufino Aemilianus, & prouètum cupit. Ehem, rectè uos admonetis: etiam ſuam ſpem bonus patruus temperat in iſto, ac fouet, qui ſciat inteſtati pueri legitimum magis quàm iuſtum hæredem futurum. Nollem hercule hoc à me proſeçtum: non fuit meæ moderationis, tacitas omnium ſuſpiciones palàm abrumpere, malè uos qui ſuggeſiſtis. Planè quidem ſi puerum uelis, multi mirantur *Æmiliane* tam repentinam circa puerum iſtum pietatē tuam,



postquam frater eius Pótianus est mortuus:  
 cum antea tam ignotus illi fueris, ut sæpe ne  
 occursum quidem filium fratris de facie agno-  
 sceres. At tunc adeò patientem te ei præbes,  
 itaque eum indulgentia corrumpis, adeò ei  
 nulla re aduersaris, ut per hæc suspicionibus  
 fidem facias. Inuestem à nobis accepisti, ue-  
 sticipem illico reddidisti. Cum à nobis rege-  
 retur, ad magistros ibat: at ab ijs nunc ma-  
 gna fugela in ganeum fugit, amicos serios a-  
 spernatur, cum adolescentulis postremis si-  
 mis inter scorta & pocula puer hoc æui in  
 conuiuio agit. Ipse domi tuæ rector, ipse  
 familiæ dominus, ipse magister in conuiuio,  
 in ludo quoque gladiatorio frequens uisi-  
 tor, nomina gladiatorum & pugnas & uul-  
 nera planè quidem ut puer, honestè ab ipso  
 lanista docetur: loquitur nunquam nisi Pu-  
 nicè, & si quid adhuc à matre græcissat. La-  
 tinè enim neque uult, neque potest. Audisti  
 Maxime paulò antè, pròh nefas, priuignum  
 meum, fratrem Pontiani, disertum iuuenem, uix  
 singulas syllabas fringulientem, cum ab eo  
 quæreres, donassèt ne illis mater, quæ ego di-  
 cebam me † adiuuante donata. Testor igitur  
 te, Claudii Maxime, uosque qui in consilio  
 estis, uosque etiam qui tribunal mecum ad-  
 sistitis, hæc damna & dedecora morum eius  
 patruo huic, & cãdidato illi socero adsignan-  
 da: meque

† adnitente

Pro se ipſo ſecunda. 247

da: meq; poſthac boni conſulturum, quòd ta-  
 lis priuignus curę meę iugum ceruice excuſ-  
 ferit, neq; poſtea pro eo matri eius ſupplica-  
 turum. Nam quod peniſſimè oblitus ſum, nu-  
 perrimè cum teſtamentum Pudentilla poſt  
 mortem Pontiani filij ſui, in mala ualetudi-  
 ne ſcripſerit, diu ſum aduerſus illam reniſus,  
 ne hunc ob tot inſigneis contumelias, ob tot  
 iniurias exhæredaret. Elogium grauiffimum  
 iam totum mediuſfidius perſcriptũ, ut abo-  
 leret, impenſis precibus oraui. Poſtremò ni  
 impetrarem, diuerſurum me ab ea commi-  
 natus ſum, mihi hanc ueniam tribueret, ma-  
 lum filium beneficio uinceret, me inuidia o-  
 mni liberaret. Nec prius deſtiti, quàm ita fe-  
 cit. Doleo me huncce ſcrupulum Æmiliano  
 dempſiſſe, tam inopinatã ſemitam indicaffe.  
 Specta quæſo Maxime, ut hiſce auditis, ſubi-  
 to obſtupuerit, ut oculos ad terras demiferit.  
 longè enim ſecius ratus fuerat, nec immeri-  
 to: mulierem filij contumelijs infectam, meis  
 officijs deuinctam ſciebat. De me quoque  
 fuit quod timeret. † Quis enim uel equè ut e-  
 go ſpernens hæreditatis, tamen uindicari de-  
 tam inofficioſo priuigno † recuſaſſet? Hæc † non recu-  
 præcipuè ſollicitudo eos ad accuſationẽ mei ſaſſ.  
 ſtimulauit, hæreditatẽ omnẽ mihi relictaã fal-  
 ſò ex ſua auaritia coniectauere. Soluo uos in  
 præteritũ iſto metu, Namq; animum meum  
 neq;

neque hæreditatis, neque ultionis occasio potuit loco dimouere. Pugnaui cum irata matre, pro priuigno malo uitricus, ueluti pater pro optimo filio aduersus nouercam. nec satis fuit, ni bonæ uxoris prolixam liberalitatem circa me, nimio plus æquo cohercerem. Cedò tu testamētum, iam inimico filio à matre factum: me, quem isti prædonem dicunt, uerba singula cum precibus præcunte. Rumpi tabulas istas iube Maxime, inuenies filium hæredem: mihi uerò tenue nescio quid honoris gratia legatum, ne si quid ei humanitatis attigisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. Cape ista, ut matris tuæ testamentum, uerè hoc quidem inofficiosum. Quid ni? in quo obsequentissimū maritum exhæredauit, inimicissimum filium scripsit hæredem: immò enim uerò non filium, sed *Æmiliani spes, & Rufini nuptias*: sed temulentum illud collegium, parasitos tuos. Accipe in quâ filiorū optime, & positis paulisper epistolis amatorijs matris, lege potius testamentum, si quid quasi insana scripsit, hinc reperies, & quidem mox à principio: *Sicinius Pudens filius meus mihi hæres esto. Fateor, qui hoc legerit, insanum putabit. Hiccine filius hæres, qui te in ipso fratris sui funere, aduocata perditissimorum iuuenum manu, uoluit excludere è domo, quam ipsa donauerat.*

Pro se ipſo ſecunda.

249

ras? Qui te ſibi à fratre coheredem relictum,  
grauiter & acerbè tulit? qui conſeſtim te, cū  
tuo luctu & mœrore deſeruit, & ad Rufinum  
& Aemilianum de ſinu tuo auſugit? Qui  
ibi plurimas poſtea cõtumelias dixit coràm,  
& adiuuante patruo fecit? Qui nomen tu-  
um pro tribunalibus uentilauit? Qui pudor-  
em tuum tuiſmet literis conatus eſt publi-  
cè dedecorare? Qui maritū tuum, quem ele-  
geras, quem ( ut ipſe obijciebat ) efflictim  
amabas, capitis accuſauit: Aperi quæſo bo-  
ne puer, aperi teſtamentum: facilius inſani-  
am matris ſic probabis. Quid abnuis? quid  
recuſas? poſtquam ſolicitudinem de hære-  
ditate materna repuliſti. At ego hæſce tabu-  
las Maxime, hic ibidem pro pedibus tuis ad-  
ijcio: teſtorq; me deinceps incurioſius ha-  
biturum, quid Pudentilla teſtamento ſuo  
ſcribat. Ipſe iam, ut libet, matrem ſuam dece-  
terò exoret. Mihi, ut ultra pro eo deprecet, lo-  
cum nō reliquit. Ipſe iam ut ſui potens ac uir,  
acerbiffimas literas matri dictet, irā eius de-  
liniat: qui potuit perorare, potuit exorare.  
Mihi iam dudum ſatis eſt, ſi nō modò crimi-  
na obiecta pleniffimè dilui, uerū etiam ra-  
dicem huius iudicij, id eſt hæreditatis quæſi-  
tæ inuidiam funditus ſubſtuli. Illud etiam,  
ne quid omnium præteream, priuſquā pero-  
ro, falſò obiectū reuincā. Dixiſtis, me magia

de pecunia mulieris pulcherrimū prædium meo nomine emisse. Dico, exiguum hæredolum sexaginta milibus nummum: id quoque non me, sed Pudentillam suo nomine emisse: Pudentillæ nomen in tabulis esse: Pudentillæ nomine pro eo agello tributū dependi: Præfens est quæstor publicus, cui dependum est: Coruinus Celer, uir ornatus, adest etiā tutor, autor mulieris, uir grauisissimus & sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, *Cassius Longinus.* Quære Maxime, cuius emptionis autor fuerit, quantulo precio mulier locuples agellū suū præstinarit. Testimonium Cassij Longini tutoris, & Coruini Clementis, quod recitatū est. Est ne ita ut dixi: uspiam in hac emptione nomen meum ascriptum est? Num ipsum hæredioli præciū inuidiosum est? Num uel hoc saltem in me collatum? Quid etiam est Æmiliane, quod non te iudice refutauerim, quod præciū magiæ meæ reperisti? Cur ego Pudentillæ animum ueneficijs flecterem? quod ex ea commodum caperem, uti dotem mihi modicā potius quam amplam diceret? O præclara carmina. an ut eam dotem filijs suis magis restipularetur, quam penes me sineret? Quid addi ad hanc magiam potest? an uti rem familiarē suam meo adhortatu plerumque filijs cōdonasset, quæ nihil illis ante me maritū fuerat largita, mihi quicquā impar-

impartiret? O graue ueneficium, dicam, an ingratum beneficiū? an ut testamento, quod irato filio scribebat, filium potius, cui offensa erat, q̄ me, cui deuineta, hæredē relinqueret? Hoc quidem multis † carminibus difficile im-  
 petraui. Putate uos causam non apud Clau-  
 dium Maximum agere, uirum æquum, & iu-  
 sticiæ pertinacē: sed alium aliquē prauum &  
 seuum iudicem substituite, accusationū fau-  
 torem, cupidū condēnandi. date ei quod se-  
 quatur, ministrare uel tantulā uerisimilē oc-  
 casionem secundū uos pronūciandi. Saltem  
 fingite aliquid, reminiscimini, quod respōde-  
 ratis, qui uos ita rogarit. Et quoniā omnem  
 conatū necesse est quæpiā causa præcedat, re-  
 spondete, qui Apuleium dicitis animum Pu-  
 dentillæ magicis illectamētis adortum, quid  
 ex ea petierit? cur fecerit? Formam eius  
 uoluerat? negatis. Diuitias saltem concu-  
 pierat? negant tabulæ dotis, negant tabulæ  
 donationis, negant tabulæ testamēti, in qui-  
 bus non modò non cupidè appetisse, uerū  
 etiam durè repulisse liberalitatē suæ uxoris  
 ostenditur. Quæ igitur alia causa est? Quid  
 obmutuistis? quid tacetis? Vbi illud libelli  
 uestri atrox principiū, nomine priuigni mei  
 formatū? Hunc ego, domine Maxime, reum  
 apud te facere institui. Quin igitur addis, reū  
 magistrū? reum uitricū? reum deprecatorē?

Sed

† cantami-  
nibus.

Sed quid deinde? plurimorum maleficiorum  
 & manifestissimorum. Cedò unum de pluri-  
 rimis. Cedò dubium, uel saltem obscurum de  
 manifestissimis. Cæterum ad hæc quæ obie-  
 cistis innumera, binis uerbis respondeã. Den-  
 tes splendidos: Ignosce mundicijs. Specula  
 inspicias: Debet philosophus. Versus facis: Li-  
 cet fieri. Pisces exploras: Aristoteles docet.  
 Lignum consecras: Plato suadet. Vxorem du-  
 cis: Leges iubent. Prior natus est: Solet fie-  
 ri. Lucrum sectatus es dotis: Dotalem accipe,  
 donationem recordare, testamentum lege.  
 quæ si omnia affatim retudi, si calumnias om-  
 nes refutauit, si in omnibus non modò cri-  
 minibus, uerumetiam maledictis, procul à  
 culpa philosophiæ tutus sum, si philosophiæ  
 honorẽ (qui mihi salute mea antiquior est)  
 nusquã minui, immò contra ubiq; si cum se-  
 ptem pœnis eum tenui, si hæc ut dico ita sunt,  
 possum securius tuam existimationem reue-  
 reri, quàm potestatem uereri, quod minus  
 graue & uerendum mihi arbitror, à procon-  
 sulibus damnari, quàm si à tam bono,  
 tamq; emendato uiro im-  
 prober. Dixi.

L. APVLEII MA=  
DAVRENSIS PHILOSOPHI  
Platonici Cosmographia, siue de Mundo,  
ad Faustinum liber.



Consideranti mihi, & diligentius  
intuenti, & sæpe aliàs Faustine  
mihi uirtutis indagatrix, expul-  
trixque uitiorum, diuinarum  
particeps rerum Philosophia ui-  
debat: & nunc maximè, cum naturæ in-  
terpretationem, & remotarum ab oculis re-  
rum inuestigationem sibi uendicet. Nam  
cum ceteri magnitudine rei territi, eiusmodi  
laborem arduum & profundum existima-  
rent, sola philosophia suum non despexit in-  
genium: nec indignam se existimauit, cui di-  
uinarum & humanarum rerum disceptatio  
deferatur. sed † condiscere ac docere tam bo-  
nas res, & eiusmodi opera cum ingenuitate  
professionis suæ credidit, & congruere isti-  
usmodi curam talibus studijs & moribus.  
Nam cum homines mundum eiusque pe-  
netralia adire non possent, ut è terreno do-  
micilio illas regiones inspicerent, philoso-  
phiam ducem nacti, eiusque imbuti inuen-  
tis, animo peregrinari ausi sunt per cœli pla-  
gas, his itineribus, quæ exploratione acu-  
minis

† conduce  
re ac decere

Philosophiæ  
peregrinari  
licet.



minis sui, peruia sapientiæ, solis cogita-  
 tionibus uiderant, ut cum ipsius interualli  
 conditione à mundi uicinia natura nos secre-  
 tos esse uoluisset, immensitati tamen eius uo-  
 lucrîq; curriculo cogitationum nostrarû nos  
 pernitas intimaret, facillimeq; ea, de qui-  
 bus origo eius est, anima diuinis oculis suis  
 aspexit & agnouit, alijs etiam eius scientiam  
 tradidit. ueluti prophetæ quidam, qui dum  
 deorum maiestate completi sunt, effantur  
 cæteris, quæ diuino beneficio soli uident.  
 Quare & eos qui nobis unius loci ingenia  
 qualitatesq; describunt, aut mœnia urbis,  
 aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates  
 & magnitudines montium, alia multa de-  
 scripta ab alijs plerique studiosè legunt. Ny-  
 sæ iuga, & penetralia † Cirrhi, & Olympi  
 sacra, & Ossæ ardua, & alia huiuscemodi so-  
 la duntaxat & singula extollunt: quorum  
 miseret me, cum tantopere nec magnis, &  
 oppidò paucis inexplebili admiratione car-  
 piuntur. Hæc illis enire adeò non est ad-  
 mirabile, cum nihil maius suspexerint, ne-  
 que ad aliquid intenderint, quod maiore  
 diligentia contemplandum esset. Cæterum  
 si terrarum orbem, omnemq; mundum  
 contemplari pariter aliquando potuissent,  
 minus exiguas eius & singulas parteis di-  
 gnas laudibus credidissent, quibus esse  
 uniuers-

† Coryci.

uniuersitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum & doctissimum philosophorum, & Theophrastum autorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturas & officia cōplexi, & cur & quemadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis societate cœli & terræ constat, & eorum naturis quæ utriusque sunt. Vel sic: Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, deorum recta custodia, cuius cardinem (sic enim dixerim centrum) robustum & † incontingibilem genitrix atque alitrix animantium omnium habet tellus, supernis omnibus, ut uideri potest, aeris liquiditate, ad modum tegminis septis & opertis. Ultra deorum domus est, quod uocamus Cœlum: quod quidem diuinis corporibus onustum uidemus, ignibus pulcherrimis & perlucidis solis & lunæ, & reliquorum siderum, cum quibus fertur per orbem, dierū notiumq; curriculis, agens stellarū choros intermino lapsu, finem nulla æui defectione factura. Sed cum omne cœlum ita reuoluetur ut sphaera, ipsum tamen radicibus oportet teneri, quas diurna machinatio uerticibus affixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiā cōprehensam reciproco uolumine rotūdare. eos Polos dicimus: à quib. uelut à cardi-

Mundus.

† immobilis.

Cœlum.

Poli.

*Axis.* cardinibus directio quædam profecta, Axis est dictus, diuisor & discriminator mundi, orbem terræ in medietate constituens. Verùm hi uertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut supra caput alter apareat ex parte boreæ, qui Septentrionalis uocatur: alter autè Antarcticus humo tegitur, humidis & austrinis uaporibus mollis. Sed cælum ipsum, stellæq; cœligere, omnisq; sidera compago, *Aether.* aether uocatur, non (ut quidam putant) quòd igneus sit & incensus, sed quòd cursibus rapidis semper rotetur. Elementum uerò non unum ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere diuinum & inuolabile. Iam astrorum innumerabilis multitudo, partim labitur cum orbis inerranti regione, quam circolorum ambit signifer, obliqua completionem circumdatus, & signis duodecim illuminatus: partim errantibus stellis, quæ neque priorum motus habent, nec sanè inter se similem & æqualem, sed affixæ diuersis globis, inordinatū (ut sic dixerim) ordinem seruant: aliæque ultra sunt, aliæ citrà stellæ, quæ propter naturam eiusmodi nullis creduntur erroribus uagæ, & infinitos numero greges ducunt, & simplex ætheris dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coronant. Septem uerò deorum illustres, totidem orbibus

orbibus affixæ sunt, & gradatim sibimet super  
 lata, ut superior inferiore sit maior, ac uicissim *Planeta.*  
 mutuis adhaesionibus nexæ, complexu illius  
 orbis qui inerrabilis dicitur continentur. Hic  
 Phaëtonis globus, quem appellamus Saturnū.  
 Post quem Phaeton secundus est, quem Iouem  
 dicimus; & loco tertio Pyro, quem multi Her-  
 culis, plures Martis stellam uocant. Hanc sequi-  
 tur Stilbon, cui quidam Apollinis, cæteri Mer-  
 curij nomen dederunt. Quintus Phosphorus,  
 Junonia, imò Veneris stella censetur. Deinde  
 Solis est orbis; & ultima omnium Luna, altitu-  
 dinis ætheræ principia discriminans, quæ di-  
 uinas & immortales uiuacitates ignium pa-  
 scens, ordinatis ac semper æqualibus inuectio-  
 nibus soluitur atq; reparatur. Post eam uerò  
 pars est, quæ sancti ætheris finib. coercetur, cu-  
 ius mēsu appensuq; distincta est natura immu-  
 tabilis regio, & mortalis, ac iam penè terrena,  
 cuius primæ sunt partes tenuiores & uaporatæ;  
 quippe cum finitimis ætheris attingantur ar-  
 doribus, quantum maximis parua, & quantū  
 rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea  
 parte, qua curriculis finitimi inuritur solis, eia-  
 culari atq; emicare flammæ quædam, ostende-  
 re se oculis nostris uidentur, quas Græci *Cometæ.*  
 metas, & Docidas, & Bothynos appellant,  
 quasq; labi & fluere frequēter uidemus, lucere,  
 faciliusq; restingui. Exinde inferioris aeris

qualitas turbidior infunditur, cui permixtus  
 est glacialis rigor. Sed superioris uicinia clara  
 tis & propinqui caloris afflatu nitescit, ac sine  
 riore interdum luce uescitur. Huius saepe muta  
 bilis conuertitur species: cum sit natura uaria  
 † *nimbus.* peritur, & † imbribus uehementibus rumpi  
 tur, niuibus etiam & glacie inhorrescit, & præ  
 cipiti grandine desuper uerberatur, turbine, fla  
 tibus typhonisq; cōflictu fit procellosa: sed te  
 lis fulminum, & missilium cœlestium iaculis in  
 † *Terra.* gnescit. Aeri terra coniungitur, eaq; in se susci  
 pit maria, & frequentatur animantibus. Hæc  
 siluarum uiriditate uestitur, & fontium peren  
 nitate recreatur. Hæc fluminū frigidus lapsus,  
 † *erroribus* nunc † exterioribus terris uehit, modo profun  
 † *terrenis.* do in mari confundit. Eadem infinitis colori  
 bus floret, altitudine montium, camporūq; æ  
 qualitate, nemorum opacitate uariatur, sinuo  
 sis inflexa litoribus, distincta insulis, uillulis ur  
 bibusq; collucens, quas sapiens genus homo  
 communibus usibus fabricauit. Nec sum ne  
 sciens, plerosq; huius operis autores terrarum  
 orbem ita diuissse: partem eius insulas esse,  
 partem uerò cōtinētem uocari: nescij omnes,  
 † *Terra, in* hanc terrenam immensitatem Athlantici ma  
 † *sula.* ris ambitu coerceri, insulamq; hanc unam esse  
 cum insulis suis omnibus. Nam similes huic  
 alias & alias minores circumfundit Oceanus,  
 quæ

quæ tamen merito uidentur ignotæ : cum ne hanc quidem, cuius cultores sumus, omnes peragrare possimus. Nam sicut hæ insulæ interfliuntur, quæ sunt in nostro mari: ita illæ uniuerso salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, & quinque coniuges copulæ his ordinatæ uicibus attinentur, ut adhareant etiam grauioribus leuiores. Aquam in se habet tellus, & aqua (ut alij putant) uehit terrâ. Aer ex aqua gignitur, ignis ex aëria densitate cõflatur: æther uicissim, ignisq; illi immortalis Dei uiuacitate flammantur. Huius diuini ignis origine incensi, per totius mundi conuexa illustribus facibus ignescunt superna. Quapropter dii superas sedes habent, infima cæterorum animantiũ terrena possidēt, & erũpuunt scatēt, flumina, fontes & maria, quæ meatus & lacunas & origines habent in gremio terrarũ. Ipsarũ uerò insularum quæ sunt in nostro mari dignè memoratu, Trinacria est, Eubœa, Cyprus atq; Sardinia, Creta, Peloponnesos, Lesbos. Minores autem aliæ, ut nebulæ quidem, per apertas Ponti sunt sparsæ regiones. aliæ Cyclades dictæ, quæ frequentioribus maribus abluuntur. Maria maiora sunt, Oceanus & Atlanticum, quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per angustias oris arctatum, in arctissimos sinus funditur:

*Elementorũ  
Harmonia:*

*Mare:*

& rursus à columnis Herculis refusum, in immensam latitudinē panditur, sæpiusq; coeuntibus terris ueluti quibusdam frerorum ceruicibus procedentibus, & idem rursus cedentibus terris est immensum. Primum igitur columnis nauigantibus dextros latus duob. finibus maximis cingitur, quorū primus duas Syrtes habet: alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima diuisus est maria, quorum unū Gallicum dicitur, alterum Africum, quod quidem Aristoteles Sardiniense maluit dicere: tertium, Adriaticum pelagus. His iungitur Siculum, & post Creticū: & indiscretis finibus Pamphilium, Syrium, Aegyptium. Sed ante Aegea, Myrtoa sunt maria. His sanè uicinus est pontus, sinus amplissimus maris nostri, cuius extremus recessus in Maotin senescit, & ex Helle spongi fontibus concipitur, uestibulumq; eius Propontis uocatur. Ab ortu solis Oceanus est, Indicum & Persicum mare conferens. Hinc patescunt finitima rubri maris, quæ per angustias longinquasq; fauces in Hyrcaniū & Caspium flectuntur: simul utraq; profundæ uastitatis esse maria creduntur. Deinde paulatim Scythicū & hybernum fretū, & rursus mare per quod Gallicum atq; Gaditanas columnas circumuectus Oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis iacent insularum aggeres maximarum. Britannia duæ, Albion & Ierna, quæ

quas supra diximus esse maiores. Verum hæ in  
 Celtarum finibus sitæ sunt. Minores uerò ultra  
 Indos, Taprobana, & Phebol, multæq; aliæ ur  
 bes admodum sparsæ. Hanc nostram insulam,  
 id est, hunc terrarum orbem, quam maximam  
 diximus, ornamentis suis pingunt, & cõtinua  
 tione ut quibusdam sertis coronant. At enim  
 huius terræ quam nos colimus latitudo XL.  
 prolixitas LXX.M. stadiorum tenet. Sed in di  
 uisione terrarum orbis, Asiam & Europam, &  
 cum his, sicut plures, Africam accipimus. Euro  
 pa ab Herculis columnis, usq; Ponticũ & Hyr  
 canum mare, ac flumen Tanain fines habet. A  
 sia ab iisdem angustijs Pontici maris, usque ad  
 alias angustias quæ inter Arabicum sinum &  
 interioris ambitum pelagi iacet, cõstringiturq;  
 Oceani cingulo societate nostri maris. Sed aliq;  
 alio modo, ut quidam ab exordio Tanais usq;  
 ad ora Nili Asiæ terminos metiantur. Africam  
 uerò ab Isthmio rubri maris, uel ab ipsis fonti  
 bus Nili oriri putant, eiusq; in Gaditanis locis  
 fines esse. Sed ipsam Aegyptum pleriq; Asiæ,  
 plures Africæ adiungunt, ut insularum situs.  
 Sunt qui eam finitimis locis comprehendunt  
 & sunt qui in alia diuisione eas habendas pu  
 rant. De mari satis dictum. Terrenæ uerò ita se  
 habent exhalationes, quas duas Physici esse di  
 cunt, tenues & frequentes, uixq; uisibiles ad su  
 periora minari, & gremio telluris nebularum  
 agmina

Europa.

Asia.

Africa.

Exhalatio  
nes.



- agmina halitu annium fontiuq; constare, matutinis temporibus crassiora. Harum altera arida est atq; consimilis, quæ terrenis reluctationibus surgit: altera humidâ, & egelida. Hanc effluentis superioris uaporis natura ad se trahit: & ex hac quidem nebula, rores, pruinę, nubilâ, hymbres, nix atq; grandis generatur. De illa superiore, quâ diximus siccam, uenti, aquę, flammæ, fulmina, atq; aliæ ignitorum telorum gignuntur plurimæ species. Nebula constat aut ex ortu nubeculæ, aut ex eius reliquis. Est aut exhalatio uaporata, humore uiduata, aere crassior, nube subtilior, cui serenitas abolitionem infert. Nec aliud est serenitas, quàm aer purgatus caligine, & perspicue sincerus. Ros uero nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit. Glaciem dicimus humorem, sereno frigore concretum. Huic est pruina consimilis, si mollicies roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo si aer actus in nubem, nubilum denset, & ea crassitudo aquarum sortu grauidatur, humber exprimitur, cum inter se urgentur nubilum densitates, totq; diuersitatibus pluuiæ cadunt, quot modis aer nubem conditionibus cogitur. Raritas enim nubium stillicidia dispergit: quæ concretæ uehementius, effundunt agmina largiora, & eas aquas quas hymbres uocamus. à quibus hoc differunt nimbi, quod pluuiâ uia ingis est: nimbus autem quâto repentinior est, tan-

est, tanto uehementior: & quanto improuisior  
 & præcipitator est, tanto breuiore casu restrin-  
 gitur. Niuës autem colligi iactatione densarū Nix.  
 nubium constat. Nam priusquam in aquam de-  
 fluant, fractæ ac discissæ spumas agitationibus  
 suis faciunt, & mox gelatus humor rigore fri-  
 goris inhorrescit. Hæc uictis nubibus crebrior  
 ad terram uenit. Eam tempestatem nos Ni- Grando.  
 grorem uocamus. Grandinare uerò tūc dicitur,  
 cum aqua nubē lapidoso pondere, & festinan-  
 te perrumpit: eademq; ui & ad pernicitatem in-  
 citat, & cedente aeris molli cura præcipitatum  
 indignatione uehementi humana uerberat.  
 Hæc satis erunt de ijs, quæ udis elemētis, aquo  
 sisq; contingunt. Verūm aliæ sunt passionēs,  
 qui cum impulsu frigidioris aeris uenti gene- Ventus.  
 rantur. Nec enim aliud est, nisi multum & ue-  
 hemens in unum coacti aeris flumen. hunc spi-  
 ritū dicimus: licet spiritus ille nōminetur, qui  
 animalia omnia extrinsecus uitalia tractus sui  
 uitali & fecunda ope uegetat. Siccos etiam su-  
 periores mundi flatus uentos nominamus: Aurae  
 auras uerò, humidos spiritus. Sed uentorū binę  
 sunt species. Qui facti ē telluris habitu cōstant,  
 Terrigenæ nuncupantur. At illi qui excutuntur  
 ē sinibus, encolpię, de recessu nominati. Cō-  
 similes his haberi oportet eos, qui de fluminibus,  
 lacubus, & stagnis. Qui ruptis nubib. per  
 operta cœli manare adsolent, rursūm in cras-  
 sam

sam nubium speciem conglobantur, uel cum  
 imber effusus conciet flabra, quæ Exhedriæ  
 Attica cum lingua uocirantur. Nunc nomina  
 exequemur, regionesq; uëtorū. Euros oriens,  
 boreas septentrio, occidens zephyros, austros  
 medius dies mittit. Hos quatuor uentos alijs  
 plures interfluūt. Nam quamuis Eurus sit uen-  
 tus Orientis, idem tamen Aparctias incipit no-  
 minari, cum eum oriens æstirus emittit. Ape-  
 liotes autē uocatur, cum meridianis ex mon-  
 tibus procreatur. Eurus est, quando hyemalis  
 ortus portis emittitur. Zephyrus uero, quem  
 Romana lingua Fauonium nominat: cum de  
 æstiuis occiduis partibus surgit, Iapygis nomi-  
 ne efferti solet. At ille qui prior est æquinoctia  
 li plagæ Notus, & Aquilo, qui VII stellarū re-  
 gione generatur, & huic uicinus est Apar-  
 ctias. Huic propiores ad idem diem medium  
 Thrafcias & Argestes sunt, indidem flantes in  
 omnibus. Austrorum illa est obseruanda diuer-  
 fitas. Namq; cum de abscondito polo flatus ad-  
 ueniunt, Notus est. Euronotus, ille qui inter  
 Notum atq; Eurum medius effringit. Ex alte-  
 ro latere libonotus ex duobus unum facit. Ex  
 cursores uenti habētur, qui directo spiritum pro  
 flabris reciprocis Cecias putatur esse. Equidē  
 hiemales habentur, ut Noti, Etetisæ frequentio-  
 res sunt æstate anni: Septentriones ac Zephyri  
 tempestate ueris. Ornithiæ uerni appellantur  
 Aquilæ.

Aquilonū genus ex aere prolari minori nisu,  
 nec iugi perseverantia spiritus perferentes,  
 Atenim procellosus flatus Catægis dicitur, quē  
 præfractum possumus dicere. Ventus, qui de  
 superiore cęli parte summissus, inferiora repen-  
 tinis impulsibus quatit, Turbo dicitur, qui re-  
 pentinis flabris prosilit, atq; uniuersa pertur-  
 bat. Vortex ille est, uel (uti dicitur) pinea, cum  
 torquetur humus arida, & ab infimo erigitur  
 ad summum. Anaphysemata Gręci uocant eos  
 spiritus, qui de fundo uel hiatibus terrę explo-  
 si, ad superna maris solent deuenire. Hi cū ma-  
 iore ui torti sunt, fit procella, & à Gręcis præ-  
 ster nomen accepit. Sed cum tormentum illud  
 ire pergit, densasq; & tumidas nubes † præsa-  
 git, coactasq; collidit, fit sonitus, & intonat cę-  
 lum, non secus ac si commotum iuentis mare  
 cum ingenti fragore undas littoribus illidat.  
 Fauorinus, non ignobilis sapiens, hæc de uen-  
 tis refert: Quatuor mundi plagas imparem nu-  
 merum habere uentorum, eo quod ortus &  
 occasus mutantur terna uice cum solis accessu,  
 meridies & arctos iisdem semper regionibus  
 sunt notatæ. Ortus quippe accepimus, Aequi-  
 noctialem, Solstitialem, Brumalem, quibus oc-  
 casus redduntur eadem interuallorum ratione  
 cōuersi. Eurus æquinoctialis oriētis est, nec in-  
 uenustè nominis eius fictus est, quasi ἀπὸ τῆς ἰσως  
 ἰσῶν. Idē ἀφηνιώτας à Gręcis, Subsolanus à nostris

Turbo.

Vortex.

Procella.

† præsa-  
git.

solet dici. Sed qui ab æstiva & Solstitialis orientis meta uenit, *Βερίας* græcè, latinè aquilo nominatur. Hinc *ἀδρυγγοπτελος*, quod fit aliàs serenus, Homerus ait: Boream uerò *ἀνὸ τῆς βόης*, quod non sine clamore soleat intonare. Tertium uentum, qui ab oriente hyberno uenit, Græci *ἀπυγγοπτελος* uocant. Item occidentui sunt, Caurus qui græcè *ἀπυγγοπτελος* uocatur, is est aduersus Aquiloni: itē Fauonius, græcè *σέπυροπτελος*. Euro contrarius. Tertius Africus, id est *ἀφρικ*, Vulturino reflat. Meridies uerò quoniam eadem semper regione signatur, uno Austro, id est *ἀπυγγοπτελος* flatur. Septentrio itē uno, & is Septentrionis habet cognomentum, qui tamen græca lingua *ἀναπυσίας* dictus est. Horum nomina pleriq; commutant de loco uel similitudine aliqua: ut Galli Circium, à turbine eius, & uertice: Apuli Iapygem, ex Iapyge sinu, id est ex ipso Gargano uenientem. Hunc Caurum esse, manifestum est. nam & ex occiduo uenit, & Vergilius eius sic meminit: Illū inter cædes pallentem morte futura, Fecerat ignipotēs undis & Iapyge ferri. Est etiam Cæcias uentus, quem Aristoteles ad se trahere nubes ait, & est adagiū de eo tale, *κατὰ τὸ ἀπυγγοπτελος, ὡς ἰ ναυτικὸν ὄψοιτο*. Sūt Etesia, & Prodromi spirantes ex omni parte, eo tempore æstatis quō Canis oritur. Cato autē in Originibus nō Circiū, sed Cercii dicit. Is uentus Cercius, cum loquare, buccam implet: armatum hominem, plaustrum oneratum

tum percellit. Nunc de nubium + præfagijs res + præsti-  
 feram. Quando illa perfracta nubecula patefe-  
 cerit cœlum, ignescunt penetrabiles spiritus, e-  
 micatq; lux clara, hoc dicitur coruscare: & or-  
 dine quidem prius tonare oportet, postea co-  
 ruscare. Quippe ubi nubes adflictu ignem ut  
 ferro saxa attrita inter se dāt, obrutus uelocius  
 illustriora contingit: auditus dum ad aureis ue-  
 nit, seriore sensu concipitur: ita & prius coru-  
 scare cœlum creditur, & mox tonare. Tū quia  
 ignes pernitate sui coruscantes dicto citius  
 nostræ uisioni occurrunt, sonus uerò uerbera-  
 ti aeris serius indicio sentitur. Flamma uerò il-  
 la, quam nubium adflictus excussit, si robustio-  
 re fuerit incendio, impetu deuehitur in terras,  
 & fulminis habet nomen, atque formidinem.  
 Præstereq; cum flammarum  
 in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit  
 fulmen, Typhon uocatur. Sceptos generale o-  
 mnibus quæ de nubibus cadunt, nomen est.  
 Atque ut breuiter comprehendam cuncta ge-  
 neris eiusdem, eorum quæ eiusmodi præsti-  
 gias nostris inferunt oculis, alia sunt quæ spe-  
 ciem tantum spectaculi pariunt, alia quæ ni-  
 hil ab eo quod ostenderunt mentiuntur. Fal-  
 lunt imaginem iris & arcus, & talia: uerè uiden-  
 tur Cometæ, Fulgores, & similia pleraq;. Iri-  
 nulgo arcū esse aiunt, quando imago solis uel  
 lunæ humidam & cauam nubem, densamq; ad  
 instar

+ præsti-  
gijs.

Coruscare.

Fulmen.

Præstereq;.

Typhon.  
Sceptos.Fal-  
Iris.

*Rhabdos.* instar speculi colorat, & medietatē orbis eius  
 fecat. Rhabdos autem generis eiusdem, ad uir-  
 ga rigorem per longum colorata nubecula di-  
*Halyfis.* citur. Halyfis est cathena quaedam luminis cla-  
 rioris, per solis ambitum in se reuertens. Inter  
 hanc, & Irida illud interest, quòd Iris multico-  
 lor est. & semicirculo figurata, procul à sole at-  
 que luna. Cathena clarior est, astrumq; ambit  
*Selas.* orbe incolumi, corona non discolorē. Selas au-  
 tem Græci uocant, incensi aeris lucem. Horum  
 pleraq; iaculari credas, alia labi, stare alia. Iacu-  
 latio igitur tunc fieri putatur, cum meatu aeris  
 impulsus generatus ignis, celeritatem sui cura-  
 sumq; rapidę festinationis ostendit. Stariua lux  
*Sterigmon.* est, quam Sterigmon illi uocant, sine cursu iu-  
 gi, sed prolixa lux, stellæq; fluor, ignitusq; li-  
*Cometes.* quor. Quicunq; latius panditur, Cometes no-  
 catur. Sed plerunq; luces istæ repentinò ortæ,  
 statim occidūt: & item ut se ostēderint, aliquā-  
 tis per manent. Genera quas græci faces, & Do-  
 cidas, & Pithos, & Bothynos, ad eorum simi-  
 litudinem unde dicta sunt nominant. Rarò de  
 Septentrione uel meridie uideas: nihil horum  
 quippe. sed nō aquarum modò tellus in se fon-  
 tes habet, uerum spiritu & igni sæcunda est.  
 Nam quidam sub terra occulti sunt spiritus, &  
 flantes incēdia indidem suspirant: ut Lipare, ut  
 Aetna, ut Vesuuus etiam noster solet. Illi etiā  
 ignes qui terræ secretarijs continentur, præte-  
 reunt.

reuntes aquas uaporant, & † produunt longin- † producūt.  
 quitatem flammæ, cum tepidiores aquas red- longinquitā  
 dunt, uiciniam cum feruentiores opposito in- te enim flā-  
 cendio aquæ urūtur. ut Phlegethontis amnis, mæ tepidio-  
 quem poetæ sciunt in fabulis inferorum. At e- res aquas  
 nim illos quis non admirandos spiritus arbi- reddunt, ui-  
 tretur, cum ex his animaduertat accidere, ut eo cinia feruen-  
 rum religione lymphantes, alij sine cibo po- tiores.  
 tuq; sint, pars uero præfagijs effantes futura,  
 quod in oraculis delphicis, cæterisq; est. Vidi  
 & ipse apud Hieropolin Phrygiæ, non adeo ar-  
 duum montis uicinum latus hiatu reseratum, &  
 tenuis neq; editæ marginis ambitu circunda-  
 tum, seu illa (ut poetæ uolunt) Ditis spiracula  
 dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos cre-  
 di prior ratio est. Proxima quæq; animalis, & in  
 aluum prona atq; proiecta uenenati spiritus  
 contagione corripit, & uertice circumacta in-  
 terimūt. Antistites deniq; ipsos semiuiuos es-  
 se, qui audeāt propius accedere, ad supernasem  
 per sua ora tollentes, adeo illis cognita uis ma-  
 li & inferiora aeris noxia crassitate densa est: in-  
 feriores quoq; adire & percellere. Atq; sæpe  
 accidit, ut statim spiritus per terræ concauas  
 partes errantes, continerent solida terrarum;  
 sapius, ut spiritus crescente uolentia, & insi-  
 nuante se telluris angustijs, nec inueniētes exi-  
 tum terram mouerent. Horum motuum tam  
 uaria nomina, quam diuersi. Nāq; qui laterib.  
 proxima



proxima quęq; iactantes, & acutis angulis mō  
 biles, Epeditę gręcę appellātur. Sed qui subli  
 liunt, excutientes onera, & recuperantes, Bra  
 fta uocantur. Illi qui abstrudere uidentur, quo  
 rum impulsu disilit tellus, Rhectę nominari.  
 His passionibus contingit, ut quędā terrę exa  
 pirent halitus, alię uomant saxa, nonnullę ca  
 uum. sunt quę fontes pariunt insolentibus lo  
 cis, peregrinorum fluminū sulcantes uias. Isti  
 sunt motus, quibus solum quatitur. Palma  
 tię uerō appellantur, quorum pauitatione illa  
 quę trepidant, sine inclinationis periculo nu  
 tant, cum directi tamen rigoris statum retine  
 ant. Micetias uocatur tetri odoris inque  
 tudo terrena. Audiūtur mugitus, interioribus  
 gemitibus expressis, cum spiritus inualidus ad  
 terram mouendam per aperta telluris inuen  
 tis itineribus progreditur. His talibus maris  
 na sunt paria, cum fluctuum concurrentium  
 mole, nunc progressibus litora, nunc recurfi  
 bus sinus † cęli quatiūtur. Sentitur etiā cęli  
 marisq; cognatio, cum mensuris cursibus lu  
 nę decremēta, & accessus fretorum atque ex  
 stuum deprehendūtur. Verū enim uero, ut  
 quatenus possum de uniuersitate quod sentio,  
 breuiter absoluam: Elementorū inter se tanta  
 discordia est, id est aeris, maris atq; terrę, ut ad  
 mirari minus deceat, si illis eadem incōmoda  
 soleant, atq; secunda contingere, particulatim  
 quidem

*Palmatię.*

\* *cafi.*

*Elementorū  
 concordia  
 discors.*

quidem rebus ortus atq; obitus afferentes, uni  
uerſitatem uerò ſine atq; initio uindicantes. Et  
quibusdã mirũ uideri ſolet, quòd cũ ex diuerſis  
atq; inter ſe pugnantibus elementis mundi  
natura conflata ſit, aridis atq; fluxis, glacialib.  
& ignitis, tanto rerum diuortio nondum ſit e-  
ius mortalitas diſſoluta. Quibus illud ſimile ſa-  
tisfaciet, cum in urbe ex diuerſis & contrarijs  
corporata rerum inæqualium multitudo con-  
cordat. Sũt enim pariter diuites & egẽtes, ado-  
leſcentum ætas permixta ſenioribus, ignaui cũ  
fortioribus, peſſimi cum optimis congregati.  
aut profectò quod res eſt fateantur, hanc eſſe  
ciuilis rationis admirandã temperantiam, cũ  
quidem de plurimis una ſit facta, & ſimilis ſui  
tota, cum diſſimilia mẽbra ſint, receptrixq; ſit  
naturarum ad diuerſa tendentium, & fortuna-  
rum per uarios fines exitusq; pergentium : &  
ut res eſt, contrariorum per ſe natura ſelectitur,  
& ex diſſonis ſit unus idemq; cõſenſus. ſic mas  
& femina ſecũ iũgũtur, ac diuerſus utriuſq; ſe-  
xus ex diſſimilibus ſimile animal facit : artesq;  
ipſe naturam imitantes, ex imparibus paria fa-  
ciunt. Pictura ex diſcordib. pigmentorũ colori-  
bus, atris, albis, luteis & puniceis, confuſione  
modica temperatis, imagines his que imitatur  
ſimiles facit. Ipſaq; muſica, que de longis & bre-  
uibus acutis & grauioribus ſonis conſtat, tam di-  
uerſis & diſſonis uocibus harmoniã cõſonam  
reddit,

reddit. Grammaticorum artes unde quæso? cum ex diuersis collectæ sint literis? ex quibus aliæ sint insonæ, semisonantes aliæ, parsonantes, tamen mutuis se auxilijs adiuuantes syllabas pariunt, & de syllabis uoces.

Hoc Heraclitus sententiarum nobilis auctor ad hunc modum est profecutus, *συνάψις δὲ καὶ ἀχὶ δὲ καὶ, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον, συνάδου καὶ διάδου, καὶ ἐν πάντων ἐν καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.* Sic totius mundi sua instantia, initiorum inter se impares conuentus, pari, non discordante consensu, natura ueluti musicam temperauit. Namq; liquidis arida, & glacialibus flammida, uelocibus pigra, directis obliqua confudit, unumq; ex omnibus, & ex uno omnia, iuxta Heraclitum, constituit: terramq; mare atq; cælum solis orbe, & lunæ globo, cæterisq; orientium & conditorum siderum facib. ornauit, una illa parte mixta, quam quidem cunctis constat implicatam, dum confusa, dum libera elementorum substantia, ignis, aqua, aeris, terræ: ex quibus huius sphaeræ conuexa, & disparibus qualitatibus naturæ contra adacta est fateri concordia, & ex ea salutem operi machinata. Principiorum igitur consensus sibi concordiam peperit, perseverantiâ uerò amicitia inter se elementis dedit specierum ipsarum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia uincitur, modo uel potestate æqualis. Quippe omnium diuersitas, grauissimorum, leuissimorum,

morum, feruentium, frigidorum, docente ra-  
 tione naturæ, diuersis licet rebus æqualitatem  
 † differre concordiam, omnia parentis mundi † *deferre.*  
 amœnitatē æternitatēq; reperisse. Quid enim  
 mundo præstantius? Lauda quam putes speciē,  
 portio à te laudabitur mundi: admirare quam  
 uoles temperantiam, ordinationem, figuram:  
 hic & per hunc illud quodcūq; est, inuenietur  
 esse laudandum. Nam quid, oro te, ornatū atq;  
 ordinatū uideri potest, quod non ab ipsius e-  
 xemplo imitatura sit ratio? Vnde *uobis* græcè † *uobis.*  
 nomen accepit. Euntibus Sole atq; Luna, cæte-  
 raq; luce siderea per easdem uias, custoditis tē-  
 porum uicibus, nec ullius † erroris interiectio † *temporis*  
 ne confusis, digeruntur tempora, & rursus inci-  
 piunt. Atq; pulchrè & sæcundè horæ procrean-  
 tur, nunc æstiuos uapores reuoluentes, nunc  
 pruinas hyemis circumferentes. Dierum etiam  
 noctiumq; curriculis ordiuntur menses, te-  
 xunt annos, anni seriem conficiunt seculo-  
 rum. Et quidem hic mundus magnitudine  
 immensus, cursibus rapidus, splendore perlu-  
 cidus, ualenti habitudine, pubertate iuuenili.  
 Hic causa animalium natantium atque terre-  
 strium, pennigerorum, cunctorumq; distinxit  
 genera, in species separauit, fixitq; leges uiuen-  
 di atque moriendi. Ex hoc animantia uitalis  
 spiritus dicunt, illis statutis cursibus tempo-  
 rum euentus, qui admirationi esse solent, cum

uel inter se uentorum prælia cientur, uel disse-  
ctis nubibus fulmina, cœlum & tempestates in-  
ter se serenæ, hybernæq; configunt, micant i-  
gnes, inde rumpuntur, & rursus placatis om-  
nibus amœna læticia mundi reseratur. Videas  
& uiridantibus comis cæsariatam esse terram,  
& scatebris fontiū manantē, & aquarū agmina  
cōcipientem, parientē atq; educantem, nec oc-  
casibus fatigari, nec seculis debilitari excus-  
sam, erumpentibus semper tam pigris quàm  
mouentibus fœtibus, aquarum sæpe alluuios-  
nibus mersam, flammaram per partes uoraci-  
tate consumptam: quæ tamen illi cum regio-  
naliter uideantur esse pestifera, ad omnem sa-  
lutaria sunt, & ad redintegrationem eius ua-  
lent. & cum mouetur, profectò spirat illos spi-  
ritus: quibus clausis, & effugia quærentibus,  
mouebatur. Hymbribus etiam madefacta,  
non solum ad educandos fœtus suos opima-  
tur, uerùm etiam pestifera contagione prolui-  
tur. Flabris autem spirantium aurarum gra-  
uiores, & minus puri aeris spiritus differun-  
tur, atque purgantur. Tepores frigus glacia-  
le mitificant, & brumalis + austeritas terre-  
strium uiscerum uenas remittit: & pars gignen-  
tium, alia adolescentium, cætera occidentium  
uices sustinent: & sors nascentium, obitorum  
loco pullulat, & occidentium numerus nascen-  
tibus locum pandit. Restat, quod caput est  
sermo.

+ austros fa-  
nonius, ac  
terre terre-  
striumq;.

De Deo.

sermonis huius, ut super mundi rectore uerba  
 faciamus. Indigens quippe uidebitur oratio  
 de mundo disputantibus, ut etsi minus curio-  
 se, at quomodo possumus, disseramus. De re-  
 ctore quippe omnium non, ut ait ille, silere me-  
 lius est, sed uel parum dicere, uetus opinio est.  
 Atq; in cogitationes omnium hominū penitus  
 incidit, Deum esse, originis non habere aucto-  
 rem: deumq; esse salutem & perseverantiam ea-  
 rum, quas effecerit, rerum. Neq; ulla res est tam  
 præstantibus uiribus, que uiduata Dei auxilio,  
 sui natura contenta sit. Hanc opinionem uates  
 secuti, profiteri ausi sunt, omnia Ioue plena: cu-  
 ius præsentiam non iam cogitatio sola, sed ocu-  
 li, & aures, & sensibilis substantia comprehen-  
 dit: ad hæc composita est potestati Dei conue-  
 niens oratio. Sospitator quidem ille genitor  
 est omnium, qui ad complendum mundum na-  
 ti, factiq; sunt: non tamen, ut corporei laboris  
 officio orbem istum manibus suis instruxerit,  
 sed qui quadam infatigabili prouidentia, &  
 procul posita, cūcta cōtingat, & maximis inter-  
 uallis disiuncta complectatur. nec ambigitur,  
 eum præstantem atq; sublimem sedem tenere,  
 & poetarum laudibus nomen eius consulum  
 ac regum nuncupationibus prædicari, & in ar-  
 duis arcibus solium consecratū. Deniq; propio-  
 res quosque de potestate eius amplius trahere:  
 corpora cœlestia illa quanto finitima sunt ei,

tanto amplius de Deo capere: multoq; minus  
quæ ab illis sunt secunda, & ad hæc usq; terrena  
pro interuallorum modo indulgētiā Dei ad  
nos usq; beneficiatq; peruenire. Sed cum creda-  
mus Deum per omnia permeare, & ad nos, &  
ultra potestatem sui nominis tendere, quan-  
tum abest, uel imminet, tantum existimandum  
est eum amplius minus, uel rebus utilitatis da-

† Quoniam  
rectius ei ho-  
nestius sit.

re: † quam rem rectius est atq; honestius sic ar-  
bitrari summam illam potestatem, sacratā cæli  
penetralibus, & illis qui longissimè separan-  
tur, \* est proximis \* una & eadem ratione per  
se & per alios opem salutis asferre, neque pe-  
netrantem atque adeuntem specialiter singu-  
la, nec indecorè attrectantem cominus cun-  
cta. Talis quippe humilitas deiecti est, & mi-  
nus sublimis officij, nec cum homine quidem  
conuenit qui sit paululum conscientia celsio-  
ris. Militiq; principes & curiq; proceres, & urbiū

† Nihil enim  
possint æqui  
us facere  
dom.

ac domorum rectores, dico nunquam com-  
missuros esse, ut id suis manibus factū uelint,  
quod sit curæ leuioris, † fuscioris quoq; posse  
sint nihil obsequijs facere dominorum impe-

\* exemplo  
ut intelligi  
possit.

ria, ministeria seruulorum, \* Exemplum quale  
sit istud intellige. Cambyses, & Xerxes, & Da-  
rius, potentissimi reges fuerunt: horum præ-

Per sarū re-  
gum magni  
ficentia.

potentia, quam ex opibus collegerant, lenoci-  
nium uitæ effecerat celsioris, cum eorum alter  
apud Susam & Ecbaranas, ut in fano quodā sa-  
cratus

cratus, nulli temerè noticiam moris sui pande-  
 ret: sed circumseptus admirabili regia, cuius re-  
 cta fulgerèt, eboris niue, argenti luce, flammis  
 ex auro uel electri claritate. Lumina uerò alia  
 præ alijs erant. Interiores fores, exteriores ia-  
 nuæ imminebant, portæq; ferratæ & muri ada-  
 mantina firmitate. Ante fores uiri fortes, stipa-  
 toresq; regaliū laterum, tutela peruigili, cu-  
 stodiam per uices sortium sustinebāt. Erant in-  
 ter eos diuisa officia. in comitatu regio armige-  
 ri quidā, at extrinsecus singuli custodes loco-  
 rum erāt, & ianitores, & atriēses. Sed inter eos  
 aures regiæ, & imperatoris oculi quidam ho-  
 mines uocabantur, per quæ officiorū genera  
 rex ille ab hominibus deus esse credebatur: cū  
 omnia quæcunq; ibi gererentur, ille + Otacu- <sup>+ prad. eto-</sup>  
 starum delatione discebat. Dispensatores pecu- <sup>rum</sup>  
 niæ, quæstores uectigalium, tribunos ararios  
 habebat. Alios & alios præfecerat cæteris urbi-  
 bus. Alij uenatibus agendis prouinciam na-  
 cti, pars domibus & muneribus præfecti puta-  
 bantur, & cæteri perpetuis magnisq; curis, ob-  
 seruatione singularū rerum appositi erant: sed  
 omne Atticum regnū ab occidente Helleston-  
 tus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indo-  
 rū. Duces ac satrapæ ubiq; dispositi, & permi-  
 xta locis omnib. mancipia regalia. Ex eo nume-  
 ro erāt & cursores diurni, atq; nocturni explo-  
 ratores, & nunciij specularū incensores assidui.



Tum horum per uices incensæ faces ex omnibus regni sublimibus locis in uno die imperatori significabant, quod erat scito opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum mundi aula, ut inter se cõparentur summus atq; exuperantissim⁹ diuûm, & homo ignauus & pessimus. Quod si cui uiro, uel cui libet regi indecorû est per semetipsum procurare omnia, & perficere, multo magis deo inconueniens erit. Quare sic putandû est, eû maximè maiestâtè retinere, si ipse in alto resideat loco, eas aut potestates per omnes mûdi partes orbisq; dispiciet quæ sint penes Solè ac lunã, cunctûq; cœlã. Horum enim cura salutem terrenorû omnium gubernat. Nec multis ei opus est, nec particeps hominû conseruatione, quib. propter ignauitã appositum est pluribus indigere. An non eiusmodi compendio machinatores fabricarû, astutia unius cõuersionis multa & uaria pariter administrant, etiam illi qui in ligneolis hominû figuris gestus mouet, quando silû mēbri quod agitari solet traxerint, torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi uibrabunt, manus ad ministerium præstò erût, nec inuenustè totus uidebitur uiuere. Haud secus etiã cœlestis potestas, cum inuitiã scientia & salutifera opera mouerit, ab uno ad secundum, & deinceps ad tertium, & usq; ad supremum, attractu continuo uim suæ maiestatis insinuat, aliud alio commouetur, morusq;

unus alteri mouēdi se originem tradit. Mundo equidem consentiunt, nō una, sed diuersa uia, & plerūq; contraria. Sed prima remissiore admodū data, simplicitq; inchoato principio, impulsibus mutuis, ut supra dictū est, mouentur quidē omnia: sed ita, ut si quis spherā aut quadratum, & cylindrum, & alias figuras in proclīue simul iaciat, deferentur quidem omnia, sed non eodē genere mouebuntur. Nec illud dissimile exemplum uideri oportet, si quis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem simul abire patiatur, uolucrum natatiliū atq; terrestrium. enimuero ad suum locum quæq; duce natura properabunt: pars aquā repetentes, illa inter agros legibus & institutis suis natura li lege aggregabuntur, ibunt per aeris uias prepetes, quibus hæc natura largita est, atque <sup>†</sup> ubi simul. no sinu abeundi facultas cōcessa omnibus fuerit, sic natura mundi est constituta. Nam cū omne cælum simplici circumactu uoluatur, nocte dieq; distinctum, diuersis mensurarū æqualitatibus separatū, quamuis una spherā omnia cōcluserit, incrementis tamen globi sui, decisioneq; luminis mēstrua tempora Luna significat, & cœli spaciū Sol annua reuersione collustrat, eiusq; comites amœnus Lucifer, & communis Cyllenius stella. etenim prioribus Mauortium sidus circuli sui in biennio cōfficit spacia. Iouis clarū fulgēsq;, sexies eadē multiplicatis cursib.

suis tempora, quæ Saturnus sublimior XXX  
 spacijs annorū circūerrat. Verūm inter hæc una  
 mundi cōuersio, unusq; reuersionis est orbis,  
 & unus concentus, atq; unus stellarū chorus,  
 ex diuersis occasibus ortibusq; hoc ornamen-  
 to, & ut monile rectissimè *νόμος* græca lingua  
 significat. At enim ut in choreis, cum dux car-  
 minis hymno præcinit, concinentiū uulgus ui-  
 rorū & fœminarū mixtis grauib. & acutis cla-  
 moribus unam harmoniam resonāt: sic diuina  
 mens mundanas uarietates, ad instar unius cō-  
 ceptionis reuelat. Nam cum cœlum confixum  
 uaporatis & radiantibus stellis inerranti cursū  
 feratur, & reciprocis itineribus astra confur-  
 gant: Sol quidem † omni tuenti suo diem pan-  
 dit, occasu noctem reducit: conditusq; uel rela-  
 tus per plagas mundi, quatuor temporum ui-  
 ces mutat. hinc tempestiui hymbres et spiritus,  
 aut infœcundi: hinc alimenta nobis suppetunt  
 earū rerum, quas accidere Deus his mūdi par-  
 tibus uoluit. His oppositi sunt torrentium cur-  
 sus, & humores undarū, emicationesq; sylua-  
 rū, frugalis maturitas, fœt<sup>9</sup> animalīū, educatio-  
 nes atq; obitus singulorū. Cum igitur rex om-  
 niū & pater, quē tantūmodo mentis oculis no-  
 fit ræ cogitationes uident, machinā omnē iugi-  
 ter per circuitum suis legibus terminatam, cla-  
 ram sideribus & relucētē, speciesq; innume-  
 ras modò propalām sępe cōfectas ab uno, ut su-  
 præ,

† contuens  
 ortu suo.

prædixi, principio, agitari iubet, simile istud esse bellicis reb. hinc liceat arbitrari. Nā cū tuba bellicū cecinit, milites clāgore incensi, alius accingitur gladio, alius clypeū capit, ille lorica se induit, hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit: ille equū temperat, frenis & loris iugales ad concordia copulat, et protinus unusquisq; cōpetens capessit officii: uelites executione ad ornāt ordines, principes curāt, equites ordinibus præsumt, cæteri negocia quæ nacti sunt agitant: cum interea unius ducis imperio cunctus exercitus parer, quæ rex præfecerit, penes quæ est summa rerum. Non aliter diuinarū & humanarum rerū status regitur, quando uno moderamine cōtēta omnia, pensum sui operis agnoscunt, curatq; omnib. occulta, uis nullis oculis obuia, nisi quib. mens suæ lucis aciem intēdit. Nec tamē hoc uel illi ad moliendum, uel nobis ad intelligendū obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non uidetur: & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quæ per hominē præclara fiunt, prouenire, neq; animæ ipsius qualitātē ac figurā oculis occurrere, sed momentis ab ea gestorū intelligi qualis & quanta sit. Omne quippe humanæ uitæ præsidium ingenio eius est paratum, cultus agrorū, ususq; frugum, artificū solertia, prouentus artium, cōmoditas uitæ humanæ. Quid de legibus dicam: quæ ad mansue-

faciendos homines inuentæ sunt? quid de ciuilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum non ociosis conuentibus frequentantur, asperitate bellorum & pacata mitigantur quere? Nisi fortè iniustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de Deo neget, quem uideat esse uiribus exuperantissimū, augustissima specie, immortalis æui genitorē, uirtutū ipsam uirtutē. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi nō capiunt aspectū eius, quando diuinorū operū uestigijs sit perspicuus atq; manifestus. Ceterū ea quæ uel cælo accidere oculis aduertimus, ut aerē fieri ex aqua, Dei etiā illa credēda sunt, cuius tutela mundi huius & cura est, de quo Empedocles prudenter his uerbis sensierit: *πάλαι ἕρξα τ' ἰγὲρ ἰδὲ ἕρξα τὴν γαῖαν, ἐπὶ αἶθρα δὲ κενεῖται τ' ἰσθμῶσιν ἄνεμος ἀνέβη, ἠδὲ γυνάμνησται. δῆγος τ' εἰσὸν εἶρε ἡγὲρ ἰσθμῶσιν ἰχθυῖν.* Phidiam illum, quoniam fictorem probum fuisse tradit memoria, uidi ipse in clypeo Mineræ quæ arcibus Atheniensibus præsidet oris similitudinem colligasse, ita ut si quis olim artificū uoluisset exinde imaginem separare soluta compage, simulachri totius incolumitas interiret. Ad hoc instar mundi salutem tuetur Deus, apta & reuincta sui numinis potestate. Huius locum quærimus, quinēq; infimus est, & terræ contagionibus, neq; tamen medius in aere turbido, uerum in mundano fastigio, quem græci *τὸν ἀφανῆ*, id est cælū rectē uocant,

\* cum uerū  
conta.

uocant, ut qui sit altitudinis finis. & ijdem ea ra-  
tione cum nominant, quem ab omni fuscitate  
ac perturbatione uident liberum. Neque enim  
caliginem nubium recipit, uel pruinas & niues  
sustinet, nec pulsatur uentis, nec himbribus cæ-  
ditur. Hæc enim de Olympo, qui est celsitudinis  
summa, poeta his uerbis cecinit:

*Ὀλυμπον δ' ἰδι φασὶ θεῶν ἴδος ἀσφαλὲς αἰεὶ  
εἶμεναι, οὔτε αὐτίμοισι τεύσσεται, οὔτε ποτ' ἄμβροτῶν  
δύνεται, οὔτε χιῶν ὑδὴ πίπνεται, ἀλλὰ μάλ' ἀίδρην  
πίπτει αὐτοφίλος, λευκὴ δ' αἰαετοδρομαίῳ ἀγλαῖ.*

Hanc opinionem communis mos, & hominū  
obseruationes secutæ affirmant, superiora esse  
Deo tradita. Nāq; habitus orantium sic est, ut  
manibus extensis in cælum precemur. Roma-  
nus etiam poeta sic sensit: Aspice hoc sublime  
candens, quem inuocant omnes Iouem. Un-  
de illa quæ uidentur, suntq; omnibus præstan-  
tiora, easdē sublimitates regionū tenent astra  
cælestia, & mūdi lumina. ac merito licet illis or-  
dine perpetuo frui, nec diuersis ea in spacijs tē-  
poribus ue obseruantissimam legem suorum  
aliquando itinerum metiuntur. Terrena om-  
nia, mutationes & conuersiones, postremò in-  
teritus habent. Namq; in modicis tremoribus  
terrarum, dissoluisse humū, & interceptas ur-  
bes cū populis, sæpe cognouimus. Audiuimus  
etiā abruptis himbribus, plutas esse totas regio-  
nes. illas enim quæ prius fuerint cōtinētes, ho-  
spitibus

spitibus atq; aduersis fluctibus insulatas: alias  
 desidia maris pedestri accessu peruias factas.  
 Quid, qui uentis & procellis ciuitates euerfas  
 esse meminerūt? quid cum incendia de nubib.  
 emicarūt, cum orientis regiones Phaethontis  
 ruina (ut quidā putant) conflagratæ perierunt.  
 In occidentis plagis scaturigines quēdā ac pro  
 luuiones easdem strages dederunt. sic ex Aetne  
 nerticibus quondam effusis crateribus diuino  
 modo per decliua currentis, uice flammarū flu  
 mina cucurrerunt, in quo periculi uertice egre  
 gium pietatis meritū fuisse cognouimus. Nāq;  
 eos qui principio fragoris territi, sensum tamē  
 clementiæ misericordiæq; retinebant, & gran  
 dauos parentes ereptos uolucris clade suis cer  
 uicibus sustinebant: illa flammaram fluentia di  
 uino separata dissidio, quasi duo flumina ex u  
 no fonte manantia, locum illum ambire malue  
 runt obsidione innocenti. Inerant boni baiuli,  
 religiosi sarcinis occupati. Postremò quod est  
 in triremi gubernator, in curru rector. præcen  
 tor in choris, dux in urbe, dux in exercitu, hoc  
 est in mundo Deus: nisi quòd cæteris erumno  
 sum, & multiplex, & curarū innumerabiliū ui  
 detur esse, hoc ipsum, alicuius officij principē  
 fieri. Deo uerò nec tristis, nec onerosa est impe  
 rij sui cura. Nāq; nobis circūfert & regit cūctas  
 formas natura, quas diuersis regionib. cōmo  
 uens, ut est lex ciuitatis semel promulgata, per  
 peruis

*Aetnae cras  
 teres.*

*Deus in mū  
 do quid.*

petuis obseruationū rationib. fixa, ipsa quidē  
 immutabilis, ac eius arbitrio parentum men-  
 tes agitātur, nutuq; eius & dominatione flectū-  
 tur, & scitis eius magistratus, tribunalia, prin-  
 cipia, milites frequentabunt, recuperatores iu-  
 dicijs præsidebunt: decuriones, & quibus est  
 ius dicendæ sententiæ, ad consensum publicū  
 cōmeabunt, & alius ad minutiā frumentatū ue-  
 nit, & alijs in iudicijs dies dicitur. Reus ira pur-  
 gādi se necessitate, ut sectādi studio accusatur.  
 Venit ille moriturus, ad supplicij locū ducitur:  
 hic ad cōtūij repotia & uersperinus comessa-  
 tor aduētat. Sūt & publicarū epularū appa-  
 ratus, & lectisternia deorū, & dies festi, ludi sceni-  
 ci, ludiq; circēses. Dijs sacrificatur, genijs mini-  
 stratur: alius libatione profunditur, aliusq; alio  
 fungitur munere: parentq; omnes iussis legum  
 & cōmunis imperij. Videasq; illam ciuitatem  
 pariter spirantem Pancheis odoribus, & gra-  
 reolentibus cœnis, & resonantem hymnis, &  
 carminibus & canticis: eandem etiam lamen-  
 tis & ploratibus eiulantem. & ad hūc modum  
 res agi in mūdo æstimemus. Lex illa, uel gens,  
 ad æquitatis tenorem reducenda sit, nulla in-  
 digens correctione mutabili. Quippe sicut mū-  
 di uniuersitas regitur dum speculatur ad om-  
 nia rector eius, atq; immutabiliter incumbit,  
 spargiturq; nis illa seminibus inclusa per natu-  
 ras omnium, speciesq; & genera digesta: sic fa-  
 ciles.



ciles uitium lapsus, & palmarum ardua, persi-  
 corum robur, leuitas mali gignitur: sic & quæ  
 infelicia propter infœcunditatem uocamus, ta-  
 men utilia sunt alio pacto. Plarani, ut ait poe-  
 ta, umbras potantibus ministrantes. Acuta pi-  
 nus, rasiles buxi, odora laurus, cupressorum  
 odoratus lignum: tandem omnium animalium  
 agrestium & cicurum, pinnatarum & pedestriū  
 aquatiliū natura gignitur, nutritur, absumi-  
 tur, parens cœlestibus institutis *πᾶσι τὸ ἔργον ἴσον  
 γῆν ἴμεται*, ut Heraclitus ait. Et cum sit unus, plu-  
 ribus nominibus cietur propter specierū mul-  
 titudinem, quarum diuersitate fit multiformis,  
 & à iuuantis suis Iupiter dicitur: quem *ἴσῃα* græ-  
 ci, quòd uitæ nostræ auctor sit, rectissimè ap-  
 pellāt: fulgurator, & tonitrualis, & fulminator,  
 & iam imbricitor, & item dicitur serenator, &  
 plures eum frugiferum uocant, multi urbis cu-  
 stodem, alij hospitem, amicalemq̃: & omnium  
 officiorū nominibus appellantes, & multo plu-  
 ra eiusmodi apud aruspices & Romanos ueteres  
 inuenies. Orpheus uerò hanc effari potesta-  
 tem uolens, his de eo uerbis canit:

*ἴσῃς πρῶτος γένετο, ἴσῃς ὕστατος ἀρχηγόνος.  
 ἴσῃς κεφαλῆ, ἴσῃς μέσση, ἴσῃς δ' ἐν πᾶσι τέτυκται.  
 ἴσῃς πνυμὸν γάλας τε καὶ ἔρῃος ἀσπείροντες.  
 ἴσῃς ἀέρου γένετο, ἴσῃς ἀμβροτος ἔσται νόμῃ.  
 ἴσῃς πνεῖδ' πάντων, ἴσῃς ἀναμάτῃ πυρὸς ἔρῃος.  
 ἴσῃς πόντι γίγῃ, ἴσῃς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.*

Ἦναι βασιλεὺς ἀρχὸς ἀπάντων, ἀρχὴν ἔχων,  
 πᾶστας γὰρ κτίσας αὐτὸς φῶς ἐκ πολυγῶν  
 ἔξ ἑσπερῆς πρᾶξις ἀνελύχθη μίμνρα ῥίξου.

Iuppiter omnipotens est primus, & ultimus idem.

Iuppiter est caput, & medium, Iouis omnia munus.

Iuppiter est fundamen humi, ac stellantis olympi,

Iuppiter & mas est, & nescia femina mortis.

Spiritus est cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis.

Et pelagi radix, Sol Luna est Iuppiter ipse.

Omnipotens rex est, rei omnis Iuppiter ortus.

Nam simul occultuit, rursus extulit omnia leto,

Corde suo è sacro, consultor lumine, rebus.

Fatū autē, quod Græci ἀναρχεῖον, tractu quo-  
 dam inuicem causarum se continentium, uo-  
 lunt dici decretū: idem περιουσίον dicunt, quod  
 omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit  
 in hoc mundo aliquid interminatum. Idem fa-  
 rata μίγαν uocant, quod ex partibus constet.  
 hinc ὁμοίον, quod unicuiq; attributio sua sit a-  
 scripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis ne-  
 cessitas ultionis. Sed tria fata sunt, numerus  
 cum ratione temporis faciens, si potestatem ea-  
 rum ad eiusdem similitudinem temporis refe-  
 ras. Nam quod in fuso perfectum est, præteritū  
 tēporis habet speciē. Et quod torquetur in di-  
 gitis, momēti præsentis indicat spacia. & quod  
 nōdum collo tractū est, subactūq; cura digito  
 tum, id futuri & cōsequentis seculi posteriora  
 uidetur

uidetur ostendere. Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate cōtingit, ut sit Atropos præteriti temporis fatum: Lachesis à sine cognominata, quod etiam illis quæ futura sunt, finem suum Deus dederit: Clotho præsentis temporis habet curam, ut ipsas actionibus suadeat, ne cura solers rebus omnibus desit. Deum uerò ire per omnes terras, non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc uerba: Deus namq; inquit, sicut & uera cōtinet ratio, principia, fines, & media rerum omnium penetrat, atq; illustrando cursu uolucris superfertur. Eundē deum ultrix necessitas semper & ubiq; comitatur, eorum qui à sacra lege discesserint, Vindex futura: quam faciet ille mitificam, qui statim à tenero & ipsis incunabulis intellexit, & extimuit, eiq; se totum dedit  
 atque permisit.

L. APVLEII PLA =  
TONICI DE MEDICAMINIBVS  
herbarum Liber.

L. APVLEIVS PLATONICVS  
Madaurensis ciuibus suis  
Salutem.



X pluribus paucis herbarum uires, & curationes corporis ad fidem ueritatis monumentis publicis tradidi, & succinctius constrinxi, ob stupiditatem uerbosam professionis. Bi dicemus, medicorum omnes ferme res uendicationes potius esse quam curas. Hos etiam homines inertia plerunque & imperitia enixos, certe lucripetas ueros nuncupari, qui etiam a mortuis mercedes expetunt per occasionem, & faciunt redditus dum tempus curationum extrahunt, puto quia seuiiores ipsis morbis existunt. Proponamus ergo remediorum titulos, quos uel nunc maximè tempus conducit, ut ciuibus meis, socijs quidem & peregrinis, quibus uexatio acciderit aliqua corporalis, nostra literata scientia, inuulis etiam medicis, profuisse uideatur.

L. Apuleij de  
 NOMINA ET VIRTUTES  
 herbe Arnoglossæ,  
 Cap. I.



GRÆCI Arnoglosson, ijde  
 arnion, ijdem probation, ijde  
 cynoglosson, ijde heptapleuron,  
 ijdem heptaneuron, ijde  
 polyneuron, ijdem thyrsion:  
 Prophetæ uerò uran ichneumonos, Aegyptij  
 aschat, Galli tarbidolopion, Hispani thesari-  
 can, Daci simpeax, Punici artiercon uocant:  
 Latini plantaginem latam, ijdem plantaginē  
 maiorem, ijdem septeneruam. Nascitur palu-  
 dibus plurimū, & pratis. Arnoglossa, quæ &  
 heptapleuros, nomen sumpsit à similitudine  
 agninæ linguæ. Nā Græci ἀγνῶν agnū uocant,  
 γλώσσαν linguam. Rursum, quòd sæpe adnata  
 habeat germina in longitudine septem late-  
 ribus similia, Græci heptapleuron uocau-  
 runt. Sed sunt eius species duæ. Nam quæ  
 heptapleuros appellatur, est maior forma, &  
 folijs ornatioribus, & latioribus, & neruosis.  
 Nascitur in uallibus atque hortis, necnon &  
 paludibus plurimū, & in pratis. Estq; magis  
 constrictiua. Alia uerò minor atque nigrior,  
 lenior & tenuior, nascitur in chartarijs locis,  
 sed in usum uariè adhibetur.

Cura 1. *Ad capitis dolorem.*

Herbæ plantaginis radix in collo suspensa, capitis dolorem mirificè tollit.

2 *Ad uentris dolorem.*

Herbæ plantaginis succus tepesfactus, fomentâdo uentris dolorem tollit. Et si tumores fuerint, tusa herba, & imposita, tollit tumorem.

3 *Ad interiorum dolorem.*

Herbæ plantaginis succus potui datus, & interiora sanat, & thoracem hominis purgat mirificè.

4 *Ad dysentericos.*

Herbæ plantaginis folia minutatim confusa cum lenticula decoques, & dabis ut comedat, statim stringet uentrem.

5 *Ad eum qui purulenta excreat cum sanguine.*

Herbæ plantaginis succum dabis bibere, & sanabitur.

6 *Ad uulnera.*

Herbæ plantaginis semen tusum, & in puluerem redactum, & in uulnera aspersum, sanabit ipsa uulnera. Et loca ea quæ à nimio calore uruntur, ipsa tusa & imposita refrigerat & persanat.

7 *Ad morsum serpentis.*

Herba plantago trita ex uino sumpta, contumodo erit.

8

*Ad scorpionis ictum.*

Plantaginis radix alligata, mirè prodesse creditur.

9

*Ad uentrem stringendum.*

Herba plantago ex aceto cocta, uel mero, bibatur mensura cyathi unius.

10

*Ad lumbricos.*

Herbam plantaginis contundes, & succi eius cochlearium uel ligulam dabis bibere. Ipsam quoque herbam tusam umbilico imponito.

11

*Si qua durtia fuerit in corpore.*

Herba plantago pisata cum axungia, sine sale, & factum quasi malagma, imponis id durtiæ, & discutit.

12

*Ad quartanas.*

Herbæ plantaginis succum in aqua mulla ante duas horas accessionis potui dato, & miseraberis effectum.

13

*Ad podagram, & omnem neruorum dolorem & tumorem.*

Herbæ plantaginis folia contusa uel pisata cū modico sale, & imposita, optimè facere certum est.

14

*Ad tertianas.*

Herbæ plantaginis radices tres conterito, & sub accessionem cum uino aut aqua calida ieiuno da, bibat.

15

*Ad secundas.*

Plantag

Virtutibus herbarum. 293

Plantaginis semen cōtritum, & potui datum, prodesse creditur,

16 *Ad uulnera recentia.*

Herbam plantaginis contritā, cum axungia uetere sine sale impones: mirificè sanabis.

17 *Si cui pedes tument ex itinere.*

Plantago contusa cum aceto, imposita tumorem tollit.

18 *Si cui ulcus secus oculum uel nares natum fuerit.*

Herbæ plantaginis contusæ succo expresso lanam mollem madefactam imponat per dies nouem, & sanus fiet.

19 *Ad dysentericos uel torminosos.*

Herbæ plantaginis semen tritum pro t<sup>o</sup> portio lēta in uino calido da bibat, & sanus efficiet. *al. pura lente.*

20 *Ad parotidas.*

Plantago cum axungia uetere pisata & imposita, sanat.

21 *Ad ulcera oris.*

Herbæ plantaginis succum in ore detineat, uel folia eius cocta, & radix eius in ore cōmanducetur.

22 *Ad fistulas sanandas.*

Herbæ plantaginis succum è folijs tollas, infundatur fistulis, & immittatur, facillimè medetur eisdem.

23 *Ad morsum rabidi canis.*

Herba plantago contusa & imposita, facillimè sanat.



Herbæ plantaginis folia uel radices potatæ ex passio, fortiter medentur.

## DE PENTAPHYLLO.

Cap. 2.

**G**Ræci pentaphyllon, alij pentapetes, alij pentagonon, alij pentadactylon, alij pentatomon, alij pseudoselinon, alij callipetalon, alij xylolothon, alij asphaltion, alij pentacænon, alij thymiatitin, Prophetæ ibyos onycha, alij pteron ibyos, alij hermu dactylon, alij hermubotanen, Ægyptij orphicebeocen, alij themonestron, alij æthotron, Galli pompedulon, Daci propedula, alij drocila, Itali quinquefolium, alij manum Martis. Nascitur locis pratensibus & cultis, ac in undis, gustu aspero, tactu molli, ramis longitudine bipalmis, tenuibus, in quibus semina, & folia quæ mentham referunt, singulis sæpius quina, ferratim scissa, flore pallido, radice longa & rubra. Leges eam mensē Augusto.

1 *Ad uitia artuum si percussi fuerint.*

Herba quinquefolium tusa cum axungia uetere, sine sale, & imposta sanabit.

2 *Ad uentris dolorem.*

Quinquefolij succum dabis bibere cochlearia duo, sine mora dolorem tollit.

3 *Ad uitia oris, lingue & gutturis.*

Herba

Virtutibus herbarum. 299

Herba quinquefolium cum radice sua decocta in aqua, & ore detenta, mirificè sanat: etiam ubi fumes, tolles, & arteria purgat.

4 *Ad capitis dolorem.*

Herba quinquefolium circumscripta ter, & digito medio & pollice sublata, contrita & capiti illita, efficaciter sanat: peracto remedio, loco puro reponi conuenit.

5 *Ad sanguinem de naribus fluentem.*

Herba quinquefolium potata, uel illita, restringit mirè.

6 *Ad anginam remediunt.*

Herbæ quinquefolij succus cyathis tribus potui detur.

7 *Ad morsum serpentis.*

Herba quinquefolium contrita, potui si datur cum uino, mire remediatur.

8 *Ad ambulatum.*

Herbam quinquefolium portatam prodesse, autores plures affirmant.

9 *Ad cancrum exiccandum.*

Herbam quinquefolium cum uino & cum adipe suilla uetere, sine sale pisatam de ligno in lignū, uino sanè ueteri asperges, & sic impones, rem unicam experieris.

10 *Ad herpes & chæradus & omnes durities.*

Herba quinquefolium aceto decocta, & trita, & corpori imposta, herpes & chæradus.

das & omnes duricias mirificè sanat,

II *Ad pedum dolorem.*

Herba quinquefolium trita & cum oleo mixta pedes perunges, tertio die tollit pedum dolorem.

### DE HIERASBOTANE.

Cap. 3.

Græci Hieranbotanen, ijdem peristereona hyption, ijdem dios elacaten, ijdem panchromon, ijdem colletin, ijdem aristereon, ijdem cypariffon, ijdem demetrian, Asclepios alcean, Aegyptij pemphthemptham, Prophetę eryfifceptron, alij heras dacryon, Latini uerbenacâ, ijdé liciniâ, ijdé lustraginê, ijdem columbinam fupinâ, ijdem militarem, ijdem uertipedium, ijdem cristâ gallinacâ. Græci rursus trigonion, ijdem chamælygon, ijdem fideritin, ijdé curitin, ijdem pherfephonion. Nascitur ubiq; in planis & aquis locis, folijs subalbidis & uelut incisis, radice simplici atque thyrso, uirtute redarguenti, quam stypticen uocant, & quæ uulnera conglutinet, atque putredines abstergat. Est autem columbis esca iucunda.

I *Ad strumas.*

Herbæ uerbenacæ radix in collo ligata, summè proficit.

2 *Ad ulcera & parotidas.*

Ver.

Virtutibus herbarum. 297

Verbenaca tusa & imposita mirificè sanat.

3 Ad eos qui induratas uenas habent,  
& cibos non recipiunt.

Herbæ uerbenacæ succum mixtum cum uino, melle & aqua, & postea coctum, des bibere, & statim sanat.

4 Ad peatis dolorem.

Herba uerbenaca solstitio lecta, & in puluerem redacta, & potui sumpta, mirè proficere creditur: robusto aut cochlearia quinque ex uino quàm optimo cyathis tribus, & cæteris pro cuiusque uiribus sic dabis.

5 Ad calculosos.

Herbæ uerbenacæ radix contusa, ex mulso optimo tepido data, incredibiliter calculosis succurrit: nec solum ipsis calculosis, sed & quicquid est quod urinam impedit, celeriter educit.

6 Ad capitis dolorem.

Herbæ uerbenacæ corona facta, & capiti imposita, dolorem capitis tollit.

7 Ad serpentium morsus.

Herbam uerbenacam cum folijs suis & radicibus quisquis offultam cinctamque secum portauerit, ab omnibus serpentibus tutus erit.

8 Ad morsum araneorum, quos Græci phalangia uocant.

Herbæ uerbenacæ ramulos ex uino decoquito, & conterito, deinde quod acetauerit

plagæ imponito, & adaperiet: postea cruidam contritam cum melle in ulcus audacter insertam, maturè ad sanitatem perducere certus autor adfirmat.

9 *Ad morsum rabidi canis, & bydrophobon.*

Herbam uerbenacâ in uulnus apponito, tritici quoque grana integra indito uulneri, donec humore remollita expleant. iam tumida, projicito illa gallinæ: si non appetit, simili modo alia grana projicito. si sic esse cœperit, periculi sublatis signum erit.

10 *Ad uulnera recentia.*

Herba uerbenaca contrita cum butyro, uulneri imponatur.

11 *Ad morsum serpentis.*

Herbæ uerbenacæ ramuli ex uino decocti & contriti, si cæca erit plaga cum tumore, impositi adaperiunt primùm, exulcerant deinde, postea crudi cum melle contriti & ulceri inserti donec ad sanitatem, quod celeriter fit, perducant, imponuntur.

12 *Ad ictericos.*

Herbæ uerbenacæ dragma una, & nardi oboli tres, laccæ crudæ foliorum expressus succus, & paululum myrrhæ contritæ ex aqua cyathis tribus potui data, expellere morbum creditur.



1 *Ad aurium dolorem.*

Herbæ symphoniacæ succus tepesfactus cum oleo rosaceo, & in aurem instillatus, aurium dolorem mirificè tollit: & si uermes fuerint, necat eos.

2 *Ad omnem tumorem.*

Herba symphoniaca cum stercore ouillo, & modico aceto, factum quasi malagma, imposita tumorem tollit.

3 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ symphoniacæ radix cocta in uino austero, & data ex eadem coctione sorbitio, ita ut eam intra dentes qui dolent, teneat, mox sanat dentium dolorem.

4 *Ad inguinum dolorem.*

Herbæ symphoniacæ radix alligata femori, & dolorem & tumorem tollit.

5 *Ad pedum dolorem.*

Herba symphoniaca alligata pedum dolorem tollit, & tusa omnis cū sua radice, & super pedes imposita, mirificè tumorem tollit, & dolorem pedum aufert.

6 *Ad iocinoris & pulmonis dolores.*

Herbæ symphoniacæ succū da bibere, cū summa admiratione sanabit.

7 *Ad muliebris pectinis dolorem.*

Herbæ symphoniacæ succum mixtum cum croco dabis in potionem, & miraberis effectum.

DE VIPERINA. Cap. 5.

Græci Elenion, ijdem echidnion, ijdem theriorhizon, Latini inulam, ijdem uiperinā & serpentariam, ijdem radicem Macedonicam nominant. Nascitur secus flumina uel segetes, folijs mollibus, gustu aspero. Leges eam mense Aprili.

1 Ad uiperarum morsus.

Herba uiperina trita, cum uino potui data, mirificè morsus uiperæ sanat, & uenenum discutit.

DE ACORO. Cap. 6.

A Græcis dicitur Acoros, choros, aphrodisias. Gallis piper apium, Italis uenerea, radix nautica, & singentiana & unguentiana. Nascitur locis cultis, & hortis ac pratis. Leges eam mense Augusto.

1 Ne apes examinent & effugiant.

Herbam acorum in uase apium suspensam habeto, apes nunquam effugient. Hæc sanè herba rarò inuenitur: nec eam scire poteris, nisi cum flosculum emiserit.

2 Ad difficultatem urinæ, si quis face-  
re non poterit, & stranguri am-  
uesicæ habuerit.

Herbæ acori radicem cum aqua decoctam  
ad ter-



ad tertias, dabis bibere per triduum, urinam  
mirificè deducit, & stranguriam sanat.

## DE LEONTOPODIO.

Cap. 7.

Græci Leontopodion dicunt, ijdem leon-  
topetalon, prapedilon, theribethron, lych-  
nida agrian, lathyron, leuceoron, orobe-  
thron, prapedion, leontospermon, Aeto-  
pon, platyphyllon, Dardanus cacalian, Pu-  
nici gudubbal, Latini flammulam uocant  
Veneris, ijdem brumariam, papauerculum  
& pedem leoninum. Nascitur sæpe cum tri-  
tico, thyrsis bipalmis, furcosis, in quibus ue-  
luti cannæ binæ uel trinæ semen continen-  
tes, folijs coliculi agrestis similibus, radice  
nigra, rapæ simili. Nascitur etiam in campis,  
& circa fossas & harundineta.

I Si quis deuotatus defixusq; fuerit in suis  
nuptijs, sic eum resoluas.

Herbæ pedis leonis frutices numero seu-  
ptem sine radicibus decoque cum aqua, Lu-  
na decrescente, lauato eum, & teipsum qui  
facis, ante limen extra domum prima nocte,  
& herbam incende aristolochiam, & suffu-  
migato eum, & redito ad domum, & ne post  
uos respiciatis, resoluisi eum.

DE

Virtutibus herbarum.

DE SCLEERATA.

Cap. 8.

Græci Batrachion, aliqui gelotophyen, alij mileon, alij coriannon, alij corion, alij staectycen, alij causticen, alij clonon, alij rhuselinon, alij catastacticen, alij hephæstion, alij lycopnon, alij felinon agrion, alij felinon hydation, Ægyptij synechon, ijdem carcadana, ijdem nemecon, Latini apium rusticū, ijdem apium risus, ijdem herbam sceleratam, ijdem apiastellum, ijdem dentariam, ijdem auricomum. Nascitur locis humidis & aquosis. Si quis homo eam gustauerit, ridendo exanimatur: est enim caustica. Sunt eius species quatuor, quarum altera cum folijs pinguibus atque crassis & latis, colore alia subalbido, alia uelut nigro, cum flore simili uel purpureo, thyrso cubitali, minimè robusto; radice alba cum adnatis germinibus, uel erumpentibus tanquam in helleboro. Nascitur autem in stagnosis uel umbrosis locis. Secunda est longioris thyrsi, & folijs hirtis cū incisuris, gustu acerrimis. Nascitur sæpe in Sardinia. Tertia est breuissima, tetri odoris, atque incendiosa cū floribus aurosis. Quarta est cum floribus lacteis.

<sup>i</sup> Ad ulcera chironia.

Herbā sceleratam tusam cū axungia sine sale impones uulneri, exsomet putredinem.

nem, & si qua fuerit sordes, expurgat: sed nō diutius patiaris quān necesse est, ne & corpus sanum exedat. Si argumentum rei experiri uolueris, tunde eam, & super manum sanam impone & alligato, statim rodit corpus.

2. *Ad strumas & furunculos & apostemata, ut sine ferro aperiantur.*

Herbam sceleratam tusam & subactam cū fimo porcino impone strumis, furunculis & apostematibus, intra paucas horas discutit, & pus eijcit. Lege eam omni tempore.

#### DE BATRACHIO. Cap. 9.

Nascitur locis sabulosis & campestribus, aquosisq;. Radix eius uerticillo est similis, radículas paruas & tenuissimas habens, flore auroso. Punici atzicurur appellant. Vires tutes porrò has possidet.

1. *Ad lunaticos, qui cursum Lunæ patiuntur.*

Herba batrachion si lunatico in ceruice ligetur lino rubro luna decrescente, cum erit signū tauri uel scorpionis parte prima, mox sanabitur.

2. *Ad nigras cicatrices.*

Herbam batrachion tusam cum sua radice, mixto aceto, impones his qui habent cicatrices nigras: exedit eas, & similem corpori reliquo reddit colorem.

A Græcis dicitur toxotis, alijs ephesias, alijs charistelochia, alijs lysas, alijs partheniō, alijs hypolyfos, alijs anactorion, alijs sozusa, alijs leucopis, Prophetę hæma anthropu, alij onicanthē, alij chrysanthemom, alij zathesien, alij theonifin, alij busbastheofcardiā, alij oft anthropu, alij hæma cronu, alij gonos hepheftu, alij phylacterion, alij lachanon basilicon, Ægyptij anesen, alij neiafar, Pythagoras pexafin, & toxobolon, Galli ponem, alij titumen, Daci zyred, alij zonulten, Itali Sirium, alij serpillum maius, alij ualentinam, alij artemisiam, non pauci per se pollentem. Nascitur locis lapidosis & sabulosis. His uirtutibus prædita est.

I *Ad iter faciendum.*

Herbam artemisiam monoclonon, si quis iter faciens secum in manu portauerit, non sentiet itineris laborem. Fugat & dæmonia in domo posita, & prohibet mala medicamēta, & auertit oculos malorum hominum.

2 *Ad pedum dolorem.*

Herba artemisia monoclonos tusa cum a-xungia, & imposita, pedum dolorem tollit.

3 *Ad dolorem intestinorum.*

Herba artemisia pisata, & in puluerē redacta, cū aqua mulla potui data, intestinorū dolorē sedat.

## DE ARTEMISIA TRAGANTHIS. Cap. II.

1 *Ad uesciæ dolorē & Stranguriam.*

Herbæ artemisiæ traganthis succum ex uino uncijs duabus dato, febricitanti ex aqua calida cyathis duobus potui dabis.

2 *Ad coxarum dolorem.*

Herbam artemisiã traganthen tundes cum axugjã, & aceto bene subiges, & impones, & alligabis, tertia die sanabit.

3 *Ad neruorũ dolorem & tumorem.*

Herbam artemisiã traganthẽ tusam & oleo bene subactam impone, mirificè sanabit.

4 *His qui in pedib. grauitè dolent.*

Artemisiæ traganthis radicem ex melle dabis manducare, & ita citò purgabitur, ut uix credi possit, tantam uirtutem eam habere.

5 *Si quis in febribus laborat.*

Artemisiæ traganthis succus cum oleo rosacco inunctus, febres tollit. Hanc herbam si confricaueris, laseris optimi odorè habet.

## DE ARTEMISIA LEPTAPHYLLO. Cap. 12.

Nascitur circa fossas & sepes uel aggeres, & in agris frumentarijs. Flosculũ eius uel folia si contriueris, sampsychi odorem habent.

1 *Ad stomachi dolorem.*

Herbam artemisiã leptaphyllon tusam, & cum oleo amygdalino bene subactã more mala-

malagmatis induces panno mundo, & impones stomacho, quinta die sanabitur. Et si fuerit eiusdem artemisiæ radix super limen ædificij suspensa, domui illi nemo nocebit.

2 *Ad neruorum dolorem atque tremorem.*

Herbæ artemisiæ leptaphylli contritæ succo expresso, & mixto cum oleo rosaceo, si perunges eos, desinet tremor, & omne vitium tolletur.

Has tres artemisias Diana dicitur inuenisse, & uirtutes earum & medicinam Chironi centauro tradidisse, qui primus de his herbis medicinam instituit. Has autem herbas ex nomine Dianæ, quæ ἀρtemίς Græcè dicitur, artemisias nuncupauit.

DE LAPATHO.

Cap. 13.

Lapathon, Romani dicunt rumicem. Nasceitur locis sabulosis & aggeribus, uel aquis, uel hortis, & circa fossas.

I *Ad paniculam quæ in inguine nascitur.*

Herbam lapathon contundes cum axungia uetere sine sale, sic ut axungia dupla sit ad herbam, & his bene commixtis facies exinde uelut rotundulam, & inuolues in folio coliculi, & mittes eam sub cinerem calidum: & cum caluerit, tunc impones super paniculã,

& panno ligabis lineo. Hoc enim eximium est, & ualde optimum.

2 Ad apostema.

Herbam lapathon tusam cum axungia, & factam quasi inalagma, induces in linteolo mundo, & impones super apostema: mirificè aut spargit, aut facit collectionem, & aperit ulcus.

DE DRACONTEA.

Cap. 14.

Græcis dicitur Dracontea, alijs pythion, alijs asclepias, alijs anchomanes, alijs sanchromaton, quibusdam † aphrissa, aliquibus therion, nonnullis schænos, item dorcadion: Prophetæ typhonion uocant, alij crocodilion, Osthanes Zoroaster theriophonon, Aegyptij eminion: Romani draconteam dicunt, & colubrinam. De draconis sanguine nata esse fertur, unde dracontea uocatur. Nascitur in montibus summis, ubi sunt luci, maxime locis sanctis: terra Apulia super saxis, tactu molli, gustu † mordaci: radix eius ima, similitudinem capitis draconis habet.

1 Ad omnium serpentium morsus, & aspidum.

Herbæ dracōteæ radix ex uino trita, reperfacta, potui data, uenenum omne discutit.

2 Ad ossa fracta in corpore.

Herbæ draconteæ radix cum axungia facta quasi

† alijs arisarum

† alijs dulci, tanquam castanea uiridis sapore habet.

Virtutibus herbarnm. 309

Et quasi malagma, & imposita, mox ossa fracta de corpore educit, & lapides extrahit. Lege eam mense Iunio, uel Iulio.

DE SATYRIO.

Cap. 15.

Græcis dicitur Satyrion, alijs cynosorchis, alijs entaticos, erythron, panion, serapion, alijs orchis: Ægyptij menem, Galli urâ, Itali priapifcon, alij orminalem, alij testiculû leporinum nominât. Nascitur in montibus, locis solidis & cultis, in pratis item & locis maritimis. Lege eam mense Iunio, uel Iulio.

1 *Ad ulcera difficilia, & cicatrices  
nigras.*

Herbæ priapifci radix tusa & imposita, ulcera expurgat, & cicatrices curat.

2 *Ad lippitudinem oculorum.*

Herbæ priapifci succo cum melle optimo oculos inunges, & lippitudines & dolores tollet sine mora.

3 *Si quis ad mulierem non poterit  
fectari, obligatus.*

Herbæ priapifci radicem, id est testiculum dextrum, qui maior est, teres cum piperis albi granis quadragintaseptem, ut in se habeat semunciam cum herba supra scripta, & mellis uncias † quatuor, & in uino optimo me-  
dicamentum solues, & pondo scrupulorum † aliâs tres  
uuu 3 nouem



nouem per triduum fumes, ad mulierem affectaberis continuò.

## DE GENTIANA.

Cap. 16.

Gręci Gentianam dicunt, ijdem aloen gallicam, alij narcen, alij chironion, alij basilicā, Dardanus aloiren, Itali gentianam, alij cyminalem. Nascitur gemellis montibus & locis umbrosis. Hęc herba ad omnia antidota facit, tactu molli, gustu amaro, + scapo solido. *put solidum,* Virtutes habet.

## I Ad serpentium morsus.

Herbę gentianę radicę siccam, & in puluerem redactā, pondo drachmę unius dabis in ujni cyathis tribus potui, ualidissimē pderit.

## 2 Ad aures malas.

Herbę gentianę si dederis, ut suprā, potū, miraberis uirtutem eius.

## DE CYCLAMINE.

Cap. 17.

Gręcis quibusdam dicitur cyclaminos, alij cissaron, alij cissanthemō, alij cissophylelon, alij chelonion, Zoroaster chelona sypplates, Osthanes aspho, Prophetę miaspho, Ægyptij titothos, Itali orbicularem, alij palaliam, alij rapum terrę, alij rapum porcinum, alij terrę malum uocant, siue panem porcinum, Syri clardia. Nascitur locis incultis, aut montuosis.

I Ad

1 *Ad caput deplendum.*

Herbæ orbicularis succū cū uino aut aceto optimo narib. infundes, mirabiliter sanabit.

2 *Ad aluum concitandam.*

Herba orbicularis in collyrium facta, & iniecta, catharticum est.

3 *Ad splenis dolorem.*

Herbæ orbicularis succi cyathum unum, & aceti optimi cochlearia quinque; diebus continuis nouem potui dabis, miraberis effectū bonum. Item radix eius in collo suspensa, ita ut contra splenem pendeat, efficaciter medetur. Nam & cyclaminis succo si quis anum tetigerit, mira celeritate alui solutionem experietur. Lege eam omni tempore.

DE PROSERPINACA, PO.

*lygono' ue. Cap. 18.*

Polygonon, alij cynochalen, alij polygonaton, alij asphaltion. alij chiliophyllon, alij polycarpon, alij carcinethrō, alij clinopodiōtes, alij myrtopetalon, alij heraclian, alij qui pedaliō uocāt, Ægyptij thephin, alij stemphin, Prophetæ gonon heroes, alij onycha myos, Itali sanguinariam, alij proserpinacam, alij scorpinacam, alij statunariam, & quidam miseruiuium. Nascitur ubiq; locis cultis, & aggeribus. Legito eam æstiuo tempore.

1 *Ad eos qui sanguinem reijciunt.*

Herbæ proserpinacæ succum cum uino  
uuu 4 optimo

optimo austero sine fumo tepesactum, ieiuno dabis bibere per dies nouem, miram rem experieris.

2 *Ad lateris dolorem.*

Herbæ proserpinacæ succo cum oleo roseo sæpius perunges, dolorem tollit.

3 *Ad mamillarum dolorem quæ lacte habent, & tumorem.*

Herba proserpinaca tusa, cum butyro subacta, & mamillis imposita quæ dolorem & tumorem habent, dolorem & tumorem perfectissimè tollit: ita tamen, ut usq; in tertium diem medicamentum ponas.

4 *Ad oculorum dolorem.*

Herba proserpinaca, si uadis ad eam ante Solis ortum, & circumscribis eam cum annulo aureo, & dicis, Tollo te cum annulo aureo remedium oculis: deinde post triduum ante Solis ortum sublatam, circumdabis collo, diligenter proficiet.

5 *Ad aurium dolorem.*

Herbæ proserpinacæ succus tepesactus, & in aurem stillatus, mirificè dolorè tollit. Nos ipsi experti sumus. Tamq; potenter proficit, ut & ulcera quoq; aurium sanet.

6 *Ad dysentericos.*

Herbæ proserpinacæ succum cum aqua calida potui dabis, quantum tibi uidebitur: sanabitur.

7 Ad quartanas.

Herbæ proserpinacæ succum cum piperis granis septem aut nouem sub accessione dabis bibere. Lege eam die Iouis, Luna decre-  
scente.

DE ARISTOLOCHIA.

Cap. 19.

Græcis dicitur aristolochia, alijs adrarhyza, alijs melocarpon, alijs ephestia, alijs clematitidis, alijs pyxionos, alijs dardanos, alijs iontistis, alijs tocites, alijs teuxinos, alijs chamæmelon, alijs opetis. Ægyptij + sopoep, Itali ter-  
ræ malum, Daci absinthium rusticum, + alij scardian. Nascitur locis montuosis, solidis, ca-  
lidis & cultis.

+ alijs so-  
phosph  
+ alijs Sico-  
li

1 Ad uim ueneni.

Herbam aristolochiam pisatam cum mero potui dabis, uim ueneni uincit.

2 Ad febres acerrimas.

Herba aristolochia sicca suffumigabis febricitantem, & hilariorem eum facies. Fugat & dæmonia.

3 Ad fistulas.

Herbæ aristolochiæ radix fistulis inserta, celeriter expurgat, & ad sanitatem perdu-  
cit. Medici quoque sine ea nihil feliciter cu-  
rare possunt.

4 Frigore exustis.

Herba aristolochia ex oleo usque ad cale-  
factionem

factionem uim habet, cum axungia porcina.

5 *Contra serpentium morsus, &  
hominum.*

Aristolochiæ radicem pondere denarij unius in uini hemina sæpius bibat, discutit uenena.

6 *Si infans contristatus fuerit.*

Herba aristolochia suffumigabis infantē, hilarem facit, & conualefcit infans, fugato dæmonio.

7 *Ad canceromata quæ in naribus  
nascuntur.*

Herba aristolochia cū cypero & dracōteæ semine trita, & cum melle imposita, emēdat.

#### DE NASTURCIO.

Cap. 20.

Græci Cardamon, alij cynocardamon, alij iberin, alij cardaminam, Ægyptij semeth, Itali nasturcium. Lege eam menſe Martio.

I *Ad caput deplendum.*

Herbæ nasturcij succum naribus iniicies, caput deplet, & de phlegmate purgat. Hoc nasturcium non feritur, sed per se nascitur circa ima parietum.

2 *Ad capitis uitia, porriginē &  
furfures.*

Herbæ nasturcij semen tritum, & cum adipe anserino mixtum, albitionem furfuris de capite eijciēt.

3 Ad

3 *Ad cruditatem.*

Herbam nasturcium & pulegium ex aqua decoctum bibere dato, emendabit & discutiet cruditatem.

4 *Ad Strumas.*

Herbam nasturcium cum lometo trita super strumas impones, superposito folio oleris.

5 *Ad furunculos sanandos.*

Herbam nasturcium cum fermento imposito, concoquit & sanat.

## DE HIEROVLBO.

Cap. 21.

Nascitur ubiq; circa sepes, & locis quibuslibet sordidis. Et has habet uirtutes.

1 *Ad articulorum dolorem.*

Herbæ hieribulbi accipito uncias sex, seui caprini tantundem, olei cyprini libram & uncias duas, in se pisatis & commixtis uteris, dolorem articulorum tollit.

2 *Si mulier habuerit lentiginem in facie.*

Herbæ hieribulbi radice cum lomento lupinaceo commixta, mulier si faciem lauerit, lentigines statim purgat.

## DE APOLLINARI.

Cap. 22.

Græci Dercean, alij strychnon manicon, alij dorycnion, alij cacabon, Itali apollinarem, alij baccinam, Daci colida. Apollo hanc herbam

herbam fertur inuenisse, & Asclepio dedisse,  
& Apollinaris nomen imposuisse.

I *Aduubiera chironia, & arancorum  
morsum.*

Herbam apollinarem cum axungia uete-  
re, sine sale, libra una teres: & uinum uetus  
cyatho uno, sine fumo simul commisces, & fa-  
cies quasi malagma, & uulneri impones, sa-  
nabitur mirificè.

D E C H A M A E M E L O.

Cap. 23.

Græci quidam chamæmelon, alij parthee-  
nion, alij diacolean, alij chrysoalin, alij tro-  
chiscon heliacon, alij aperiton, alij nymphæo,  
alij hieranthemin uocât, Itali bene olentem,  
alij superbam, alij auliticam, Ægyptij thabo-  
rin, Galli oualidiam, Campani amalociam,  
Thusci apianam, Daci amalustam. Has uerò  
habet uirtutes.

I *Ad oculorum uitia atq; dolores.*

Herbam chamæmelon si quis ante Solis  
ortum carpserit, & dicat, Ad albuginem ocu-  
lorum te carpo ut subuenias, & eam alligatâ  
secum gestet, iuuat. Lege eam mense Aprili.

D E C H A M A E D R Y.

Cap. 24.

A' Græcis chamædry, alijs drys, alijs dryfi-  
tes, alijs teucrion, alijs chamærops, Itali tri-  
xaginé appellauere. Nascitur locis montuo-  
sis, pe-

Virtutibus herbarum. 317

sis, petrosifis & solidis. Lege eam mense Augusto.

1 *Adruptos.*

Herba chamædrys contusa de ligno in lignum, adiecto uino, & potui data, cum mira celeritate sanat.

2 *Ad ischiam.*

Herba trixago feruefacta, ac triduo potui data, ischiaticum mirificè sanat.

3 *Ad serpentium morsus.*

Herba chamædrys in puluerem mollissimum redacta, in uino ueteri potui data, uena uehementer discutit.

4 *Ad podagram.*

Herba chamædrys si in puluerem mollissimum redacta est, cum aqua calida potui data, mirificè paregorian præstat.

DE CHAMÆLEONE.

Cap. 25.

Chamæleonem quidam Græcorum nominant, alij crocodilion, alij dipfacon, alij onocardion, alij cneoron, alij meletam, Prophetæ aphrodites lutron, alij calycè cardiacon, Ægyptij semneor, Itali labrum Veneris, alij cinaram rusticam, alij statoron, alij moraria, Hispani analentidiu, Daci sciaren, Ægyptij gerbaste, alij sapho.

1 *Ad hepaticos.*

Herbæ chamæleonis succus potui datus  
cum



cum uino, febricitanti cum aqua calida, mira  
proficit.

2 *Si quis uenenum sumpserit.*

Herba chamæleon in puluerē redacta &  
in uino data, discutit uenenum.

3 *Ad Hydropicos.*

Herba chamæleon, & chamædaphne, &  
chamædrys, & chamæpitys, æquali pondere ui  
tusa, & q̄ mellissimè cribrata, si in potione ui  
ni mixti, iuuenibus cochlearia quinq̄, uiris  
cochlearia nouem, item minoribus puellis  
& mulieribus cochlearia tria, puerulis co  
chlearium unum dederis, mirificè aquam o  
mnem de corpore per urinam digerit.

#### DE CHAMÆPITY,

Cap. 26.

Græci chamæpityn, alij orozelon, alij holo  
cyton, alij brion agrion, alij sideritin uocāt,  
Prophetæ hæma athenas, Itali abigam, alij cy  
pressum nigram, alij rapam, alij spiculam, alij  
mammalem, Ægyptij nemespa, Daci do  
chela. Et habet quidem uires,

1 *Ad uulnera.*

Si recens fuerit uulnus, herbam chamæpi  
tyn contusam uulneri impones: si autem ue  
tus & altius est uulnus, succum eius uel pul  
uerem in uulnus mittes. miraberis bonum  
effectum.

2 *Ad Strophidolorem.*

Herba chamæpitys contrita, & potui data, strophidolorem tollit.

DE CHAMÆDAPHNE.

*Cap. 27.*

Chamædaphne à Græcis quibusdam daphnites, aliquibus uerò daphne, alijs hydrogogos seu caragogos dicitur, Itali mustellaginem dicunt, alijs lactilaginem & lauraginem, Galli eugubim, usiben.

1 *Ad aluum concitandam.*

Herba chamædaphne in puluerem redacta mollissimum, & in aqua calida potui data, aluum concitat.

DE OSTRIAGINE.

*Cap. 28.*

Nascitur ostriago circa monumenta, aut in monumentis, aut parietibus qui sunt circa montium radices.

1 *Ad ea quæ in homine nascuntur.*

Herba ostriago tusa & imposita, omnes res quæ in corpore nascuntur, persanat. Hanc herbam si uolueris euellere, mūdus ante Solis ortum facies. Leges eam mense Iulio.

DE BRITANNICA.

*Cap. 29.*

Græcis dicitur britannica & damasonios, Itali britannicam, alijs betam plantaginis, alijs libonem uocant.

1 *Ad uitia quæ in ore nascuntur.*

\* alijs in  
modum la-  
tuce

Herba britannica sumpta uiridis † ut lactuca sanat. Et per se tritæ & expressæ succus in ore si cõtineatur, nec aliquid ex eo deglutiat, æquè proficit.

2 *Ad oscedinem.*

Herba britânica sumpta uiridis oscedinè tollit: uel si uiridem non habueris, etiam arida contusa cum uino ad mellis crassitudinè, eodem modo sumpta, eüdem effectû habet.

3 *Ad dentium dolorem, & si laxi fuerint dentes.*

Herba britannica mira quadam potentia succurrit. Reponendus autem est in hyemem succus, uel puluis eius: non enim semper apparet. succum uerò eius seruabis in uase argenteo, & calefacito, & puluerem quoque reponito: nam ad eosdem usus cum uino sumptus, æquè efficaciter prodest.

4 *Ad paralyfim.*

Herbam britannicam uiridem, cum sua radice contusam, ex uini meri optimi cyathis duobus uel tribus potui sumptam, mirificè proficere dicimus.

5 *Ad aluum concitandam.*

Herbæ britannicæ succum pro uiribus cuiusq; potui dabis: per se purgat uentrem, sine periculo.

6 Ad splenem.

Herba britannica uiridis cum radicibus cō-  
tusa in uini meri optimi cyathis duobus uel tri-  
bus, mirè proficere creditur.

7 Ad anginam, quam Græci sy-  
nanchen uocant.

Herbæ britannicæ flos antequam tonitruū  
audiatur collectus, qui eo usus fuerit, per to-  
tum annum anginam non experietur.

DE LACTUCA SYLVATICA.

Cap. 30.

Græcis thrifax agria dicitur, alijs hieracion,  
alijs † aspidelon, aliquibus picris, Aegyptijs io-  
bonsos, Italicis lactuca syluatica. Nascitur lo-  
cis cultis & sabulosis.

† alijs aspi-  
deion;

I Ad oculorum caliginem.

Dicunt aquilam quum in altum uolare uo-  
luerit, prospicere rerum naturas, lactucæ sylua-  
ticæ folium euellere, & succo eius sibi oculos  
tingere, & maximam inde claritudinem acci-  
pere. Herbæ igitur lactucæ syluaticæ succum  
cum uino optimo uetere, & melle † acapno,  
quod sine fumo collectum est, mixtum, in am-  
pullam uitream cōdito, & eo utaris, summam  
medicinam experieris:

† alijs At-  
tico;

DE ARGEMONIA.

Cap. 31.

A Græcis dicitur arsellæ, item sarcocolla, Ro-  
mani

mani argemoniam dicunt. Quæ has uirtutes habere memoratur.

1 Ad oculorum uitia siue dolores.

Herba argemonia uiridis per se trita, & si arida fuerit in aqua calida intincta ut facillimè terri possit, illita suggillationes & liuores oculorum maturè discutit.

2 Ad uentris dolorem.

Herbam argemoniam uiridem cum sua radice tritam, & potui datâ prodesse dicimus, & in omni loco iuuare. Si autè arida fuerit, aqua tepida infusa, idem proficere creditur.

3 Ad uulnera, ulcera & canceromata.

\* aliàs curat. Herba argemonia uiridis trita & apposita, omnia uulnera, ulcera & canceromata facile sanare apta est. Si autem arida fuerit, aqua tepida infusa, idem proficere creditur.

4 Ad luxum.

Herba argemonia cōtrita & apposita mirè dolorib. uel tumorib. ex luxu cōcitatis succurrit.

5 Ad morsum serpentis & scorpionis percussum.

Herba argemonia drachmis duabus in uini cyathis duobus potui data, mirifice discutit uenenum.

6 Ad percussuram ferro uel sude factam.

Herba argemonia contusa & imposita mirifice sanat.

7 Ad

Virtutibus herbarum.

325

7. Ad uerrucas tollendas.

Herba argemonia in aceto tusa & imposita, mirificè tollit.

8. Ad splenis dolorem.

Herba argemonia in cibo sumpta, splenem consumit.

9. Ad ea quæ secanda sunt.

Herba argemonia contrita & imposita, aperit & perfanat.

DE ASPHODELO.

Cap. 32.

A Græcis dicitur asphodelos, Latinis hastula regia, aliquibus albucus. Has uirtutes possidet.

1. Ad dolorem tiliarum uel pedum.

Herbæ asphodeli radicum succo & oleo amygdalino unges quod dolet, mirificè sanabitur: etiam si tumores fuerint, ipsam tusam & subactam impones.

2. Ad hepatis dolorem.

Herbæ asphodeli radicè decoque, et ex aqua malsa potui dato, hepatis dolorem mirificè tollet.

DE OXYLAPATHO.

Cap. 33.

A Græcis oxylapathō uocatur, Itali lapathō acutum pro uocabuli etymo nominant.

1. Si qua duritia in corpore orta fuerit.

Herba oxylapathū cū axungia uetere + suilla <sup>† aliàs oo uilla.</sup> pisata,

xxx 2

pisata, & ex pane domestico facta ut malagma,  
& imposita, mirificè sanat.

DE CENTAVRIA MAIORE.

Cap. 34.

A Græcis dicitur maronion, alijs nelsion,  
alijs pelethronia, quibusdam limnites: Prophe-  
tæ hæma heracleos, alijs chironiam, alijs limne-  
stin, alijs apogorisapon, alijs polyhydion, alijs he-  
meroton, Aegyptij antiamas, Itali sel terræ, si-  
ue unferam,

1 *Ad hepatis dolorem.*

Herba centauria maior in uino decocta, ac  
potui data, mirificè auxiliatur.

2 *Ad spleneticos.*

Herba cętauria maior in uino decocta & po-  
tui data, splenē persanat. Nos ipsi experti sum⁹.

3 *Ad ulcera & canceromata.*

Herba centauria maior cōtrita & imposita,  
tumorem fieri non patitur.

4 *Ad sugillationes & dolores.*

Herbæ centauriæ maioris succus perunctus  
ex aqua, summè facit.

5 *Ad uulnera recentia.*

Herba centauria maior tā efficax est ad pla-  
gas glutinandas, ut etiam carnes cohærescant,  
quæ ex aqua eius coquuntur.

DE CENTAVRIA MINORE.

Cap. 35.

Est & centauria minor, à Græcis ellebori-  
tes uo-

Virtutibus herbarum. 325

tes uocata, Prophetæ hæma heracleos, Aegyptij amaranthum, Daci stirsozila, Itali febritiugiam, alij multiradicem. Chiron cętaurus has herbas duas inuenisse, & eas Asclepio dedisse fertur, unde & nomen Centauriæ tenent. Nascuntur locis solidis & fortibus.

1 *Ad uiperæ morsum.*

Herbæ centaurig minoris puluer in uino exhibitus, aut ipsa pisata in uino ueteri, & potui data, ualidissimè proficit.

2 *Ad oculorum uitia.*

Herbæ centauriæ minoris succo oculos unges, aciem oculorum extenuatam sanat. adiecto etiam melle mirificè idem proficit: caligantibus quoq; oculis & claritas restituitur rectè facile. Ne quis in hoc periculum incidat, centauriæ minoris manipulum in uini congiocoquito, ac triduum maceratum eximito: inde cottidie ad heminam mellis Attici mixtum, ieiunus bibat.

3 *Ad auriginem.*

Herbam centauriam minorem decoque in aqua ad tertias, & ex ea dabis bibere quantum poteris, sanabitur.

4 *Ad lumbricos & lineas.*

Herbæ centauriæ minoris succū dabis ut supra, miraberis bonum effectum.

5 *Qui uenenum sumpserit.*

Herbam centauriam minorem ex aceto tritam da,



tam da, bibat, mox discutit uenenum. Item centauryæ radices pondere denarij unius in tribus cyathis uini bibantur.

## DE PERSONACIA.

Cap. 36.

Græcè profopites aut profopes uocata est, alijs bacchion, alijs elephantosis, alijs elephas, alijs nephelion, Itali personaciam, alijs dardanam, alijs manfolium, Galli berilolen, Daci riborasta.

I *Ad morsus serpentium.*

Herbæ personaciæ succum cum uino uetere dato in potionem, omnium serpentium uel colubri morsus mirificè sanat.

2 *Ad febres acerrimas.*

Herbæ personaciæ folijs cinges febricitantem, statim mirificè sanat & effugat febres.

3 *Ad uulnera, etiam si cancerauerint.*

Herbæ personaciæ aqua foueto, deinde ipsam cum nitro & axungia & picula ex aceto terere, & in panno inducito, & imponito.

4 *Ad intestinorum dolorem.*

Herbæ personaciæ succi cyathum unum ex mellis Attici cyathis duobus ieiunus bibat, liberabitur.

5 *Ad canis rabiosi morsum.*

Herbæ personaciæ radices cum sale marino tritas morsui imponito, mirabiliter sanat.

6 Ad

6 Ad uulnera uetera quæ humo-  
rem præstant.

Herbæ personaciæ radicem & spinam quæ  
in locis siccis nascitur, æquali pondere conte-  
res, & impones puluere mollissimo, perfectis-  
simè sanat.

7 Ad ambustum.

Personaciæ succi cyathum unum ex mellis  
cyathis duobus bibat.

DE FRAGO.

Cap. 37.

Comaron Græci, Romani fragum nuncu-  
pant. Nascitur locis opacis & mundis & colli-  
bus. His est prædita uirtutibus.

1 Ad splenis dolorem.

Herbæ fragi succum ex mellis uncia potui  
datum, mirificè proficere certum est.

2 Ad suspiriosos & colicos.

Herbæ fragi succus cum pipere albo & mel-  
le mixtus potui datus, mirificum est remediū.  
Legito eam mundus.

DE IBISCO.

Cap. 38.

A Græcis appellatur althæa, alij althæan  
rhizan, alij elæomolochen, alij molochen a-  
grian aut creticen, alij anadendromalachen,  
alij sycophyllon, Itali ibiscum uocant, a-  
lij maluauiscum. Nascitur locis humidis, &  
campis.

1 *Ad podagram.*

Herba ibiscus pisata cum axungia uetere, & imposita, tertia die sanat. Huius herbae experimentum plures autores affirmant.

2 *Ad collectiones quae in corpore nascuntur.*

Herba ibiscus decocta cum fenogræci & lini feminis polline, & imposita, duritias omnes discutit.

3 *Ad omnia encatesmata in corpore.*

Herbam ibiscum cum malua erratica & fenogræco decoques, & eadem aqua fouebis, & hæc omnia teres, & encatesmatis impones.

4 *Ad intestinorum dolorem.*

Herbam ibiscum perinde ut supra decoques cum singulis, postea ut encatesma ex aqua calida intestinum fouebis, tertio die sanabitur. Experti sumus.

## DE HIPPURIS.

Cap. 39.

A Græcis dicitur hippuris, Itali uero equisetam uocant.

1 *Ad dysentericos.*

Herbae equisetæ succus ex uino dulci cyathis duobus potui datus, dysenteriam sanare creditur.

2 *Ad eos qui sanguinem per os reijciunt.*

Herbae equisetæ succum ex uino austerissimo si-

mo sine fumo ieiuni bibant, mox sanguinē re-  
stringet.

DE MALVA ERRATICA.

Cap. 40.

Malachin agrian Græci uocant, alij clæoma-  
lachen, alij acopon, alij collyrin, alij malachen,  
alij heliostrophon, alij osyriacam, Itali maluã  
rusticam, alij maluam erraticam. Nascitur ubi-  
que locis cultis.

1 Ad uesciæ dolorem, & eos qui  
sanguinem per naturam  
faciunt.

Herbæ maluæ erraticæ cum totis radicibus  
suis libram pisatam, & in congio aquæ coctam  
ad dimidium, per triduum ieiuno dato bibere,  
dolorem mitigat, & sanguinem abstinat.

2 Ad neruorum dolorem.

Herbæ maluæ erraticæ radices contritæ  
cum axungia uetere, & impositæ, neruorum  
dolorem mirificè sanant. Facit & ad omnia en-  
cathesmata, decocta cum ibisco & fœnograeco.

3 Ad lateris dolorem.

Herbam maluam erraticam decoques cum  
oleo, & postea dstrings, & folia in mortario  
teres, & in pannum induces & impones, & tri-  
duò non solues, emendasti dolorem.

4 Ad recentia uulnera.

Herbæ maluæ erraticæ radicem in cinere co-  
ctam conterere, & impone, sanabitur.

Buglosson Græci, Prophetæ gonon æluru, Othanes tzanuchi, Aegyptij antueo rinbesor, Romani linguam bubulam, Lucani coraginem dicunt. Nascitur locis cultis & fabulosis. Buglossa dicta est eo quod folia aspera in modum linguæ bubulæ habeat. Folia habet aspera, obscura, terrestria. Hæc in uino mixta hilaritatem conuiuis facit: in cibum etiam cocta pro olere sumitur, uel trita pro condimento.

I *Ad tertianas siue quartanas.*

Herbæ buglossæ quæ treis thyrsos seminis mittit, radicem totam cum aqua decoque, ipsam aquam decoctam potui dato, remediabis tertianas: quæ autem quatuor thyrsos habet, faciet ad quartanas, dabis autem ut supra. Alia item herba similis est ei, quæ folia lapathi feræ minuta, eius radix potata ex aqua, ranis & serpentibus aduersatur.

2 *Ad suspirium.*

Herbæ buglossæ succum cum melle dabis bibere, mirabiliter suspirium tollit.

3 *Ad apostema siue suppurationem in corpore.*

Herbam buglossam cum melle & pane contritam uice malagmatis impones, mirificè rumpit apostema. Leges eam mense Iulio.

Virtutibus herbarum. 337

DE BULBO SCYLLITICO.

Cap. 42.

A Græcis dicitur scylla, alijs stæchas, alijs pancranon alijs typhonos, Aegyptij sylitho, Prophetæ ophthalmion typhonos, Itali scyllam rubram, masculam, alijs bulbum scylliten siue scylliticum appellant.

1 Ad hydropisim.

Herbæ scyllæ bulbus torretur, deinde circū purgatur, & medium eius in aqua decoquitur, cum bene coctum fuerit eximitur, & ex eo tres oboli potui dantur cū melle & aceto hydropico, & euacuatur per urinam.

2 Ad perniones.

Scyllæ quod est in medio eius cum oleo cōmode feruefacito, atq; ea quæ dolorem exhibent perungito, sanabuntur.

3 Ad panaricium.

Herbæ scyllæ radix pisata cum aceto & pane, imposita panaricium mirifice sanat.

4 Ad extinguendam sitim hydroopicorum.

Herbæ scyllæ folium subiectum linguæ, sitim compescit. Leges eam omni tempore.

DE COTYLEDONE.

Cap. 43.

Græci cotyledon, alijs cepon aphrodites, alijs ges omphalon, alijs stergethron, Itali umbilicū Veneris,

Veneris, alij cimbalarem appellant. Nascitur in tectis, aut in monumentis.

I *Ad strumas discutendas.*

Herba coryledon pisata cum axungia suilla foeminea sine sale æquis ponderibus, & calida imposita, strumas discutit. Leges eam hyemali tempore.

DE GALLICRURE.

Cap. 44.

Nasci amat herba gallicrus locis solidis, & circa uias. Eius cacumē instar pedes galli. Virtutes habere dicitur.

I *Ad canis morsum.*

Herbam gallicrus tritam cum axungia & pane domestico imponas, mox sanabit.

2 *Ad duritias.*

Eadē sicut diximus parata, duritias discutit.

DE MARRUBIO.

Cap. 45.

Græcorū quidam prasion, alij eupatorion, alij phyllophares, alij melitænam, alij camelopodion, alij cynosprasion, Ægyptij asterion, asteropen'ue, Prophetæ hæma taurū, alij aphebron, alij gonon horu, Itali marrubium, alij ulcerariam dicunt.

I *Ad tussim grauem.*

Herbam marrubium decoques cum aqua, & dabis bibere eis qui grauiter tussiant: sanabuntur mirificè.

2 Ad

2 *Ad stomachi dolorem.*

Herbæ marrubij succus potus, stomachi dolorē tollit: si febricitat ex aqua potus, statimq̄ eleuat se.

3 *Ad lumbricos.*

Herbæ marrubij, absinthij, & lupinorum paria pondera in aqua mulsa cocta, cum uino dabis, aut super umbilicum pones, necat lumbricos.

4 *Ad condylomata.*

Herbam marrubium combure, eiusq̄ cinerem infrica, sanabit.

5 *Contra uenenum, si quis sumpsit.*

Herbæ marrubij succum dabis ex uino uetere, discutit uenenum.

6 *Ad scabiem uel impetiginem.*

Herbæ marrubij decocti aqua corpus lauato, scabiem & impetiginem statim curat.

7 *Ad pulmonis extensionem.*

Herbam marrubium cum melle coctam sumat, mirifice curat.

8 *Ad omnem duritiam.*

Herba marrubium tusa cum axungia, & imposita, mirè sanat.

9 *Si quis ab opere lassus inciderit in languorem, & neruorum habuerit dolorem*

*& spasmus.*

Herbæ marrubij succo cū oleo rosaceo permixto perunges eum, sine mora sanabitur.



L. Apuleij de  
DE XIPHIO.

Cap. 46.

Græcorum quidam xiphion, alij phasganō  
uocant, Itali gladiolum dicunt.

1 Ad fistulas quæ in corpore  
nascuntur.

\* alias a  
momi. Herbx xiphij radice uncias sex, † amyli un-  
cias sex, aceti cyathos duos, adipis uulpini un-  
cias treis ex uino pisabis, in panno lines & im-  
pones, miraberis effectum.

2 Ad capitis fracturam.

Herbx xiphij radice superior pars sicca tri-  
ta, & equis ponderibus mixto uino, capitis of-  
fensa fracta extrahit: aut si quid in corpore suppu-  
ratum fuerit, uel si pedibus calcata sint ossa tero-  
pentis, contra ea uenena efficax est.

DE CALLITRICHIO.

Cap. 47.

Græci callitrichon, ijdem adianton, ijdem  
polytrichon, ijdem trichomanes, ijdem tricho-  
phyes, alij selinophyllon, alij diphyes, alij hera-  
cleos pogon, alij hippomanes, item scolopen-  
drion, asplenon, scolibrochon, alij amianton,  
Latini capillum Veneris, ijdem herbam capilla-  
rem crinitam, saxifragam, Punici nesto effesa-  
de. Nascitur locis aquosis, nigultis nigris, leni-  
bus, cum splendore, bipalmis; folijs ut cori-  
andrum, scissis in summitate,

I *Ad strumas uirginum.*

Herba callitrichon pisata per se & imposita, uirginibus strumas sanat.

2 *Ad capillos tingendos.*

Herba callitricho in oleo trita capilli uncti inficiuntur.

## DE MOLY:

Cap. 48.

Moly clarissima herbarum est, Homero testante, & inuentione eius Mercurio assignante, qui naturam eius & succi beneficia demonstrauit. Radice rotunda, nigraque, magnitudine cepæ.

I *Ad matricis dolorem.*

Herba moly contusa & imposita, dolorem matricis aufert potenter.

## DE HELIOTROPIO.

Cap. 49.

A Græcis dicitur heliotropion & heliostrophion, quibusdam heliopon, aliquibus + dia- + aliis di-  
lion, alijs sesamon agrion, item scorpioctonō, antbos.  
item heraclea, alijs sideritelis, alijs ura scorpiu,  
sive scorpiuros, Prophetæ gonon chronu, + aliis pas-  
Galli hæmatiten, Pythagoras + pareoron, Oe roepon.  
sthanes putagonon, Aegyptij nisine, Latini  
uertumnum, alijs mulcetram, alijs intybum syl-  
uaticum, alijs solsequium. Nomen accepit primo, quod æstiuo solstitio floreat, uel quod So-  
lis motibus folia conuertat. Sed est specie duplex.

duplex, quarum altera maior appellata est scorpiuros, à similitudine caudæ scorpionis. Alia minor. Maior igitur nascitur in asperis locis tenui radice, ex qua ramulos quatuor aut quinque, atq; ab ipsis plurimas furcas emittit, folijs ocimo similibus, paulò maioribus atq; succulentis, & nigriorib. & asperis, cum flore in summitate tenui & ueluti purpureo atq; uncato in similitudinem caudæ scorpionum. Minor item herbæ species similis est supradictæ. Nascitur locis concavis, folijs rotundis, semine pendentibus in acrochordonum similitudinem. Eius herbæ diuinæ ad Solis cursum floscelli se uertunt: & cum Sol occidit, flores se claudunt: rursus cum oritur, floscelli se aperiunt. Nasci amat ubi que locis cultis, mundis & pratis. Facit ad remedia ista.

1

*Ad omne uenenum.*

Herbæ heliotropij puluerem mollissimum aut succum eius cum uino uetere optimo potui dato, mire uenenum discutit.

2

*Ad luxum.*

Herbæ heliotropij folia contusa & apposta, efficaciter sanare creduntur.

3

*Ad serpentium morsus, & scorpionum ictus.*

Herba solago maior desiccata, & in puluerem mollissimum redacta, in uino potui data, & ipsa contusa plagæ superimposita, perfectè serpenti-

Virtutibus herbarum. 337

serpentium morsus ad sanitatem perducit, & scorpionis ictus dolorem aufert.

DE GRIADI HERBA.

Cap. 50.

Nascitur in Lucania, marmoris albi colorem habens, quatuor rubicundis ornata cauliculis. Has potentias habet.

1 *Ad ischiadicos.*

Herba grias cum adipe ursino contusa, & quasi malagmatis genus imposita, ischiadicos tertia die sanat.

2 *Ad omnes corporis dolores.*

Herbæ griadis radix pisata & imposita, omnes dolores mirabiliter sedat.

DE POLYTRICHO.

Cap. 51.

Græci polytrichon, alij adianton, alij trichomanes, alij ebenotrichon, alij eupteron, Aegyptij ethui, Romani cinciralem, alij terræ capillum, alij supercilium terræ uocant. Nascitur in parietibus & humorosis locis. Hæc etiam herba callitrichon appellatur, de qua superius loquuti sumus, & quam antea posuimus.

1 *Ad coli dolorem.*

Herbæ polytrichi, quæ habet ramusculos quasi seta porcina, folia cum piperis granis nouem, & seminis coriandri granis nouem, simul contrita cū uino optimo dabis bibere

yyy

intran.

infranti in balneum. Facit & ad capillos mulierum nutriendos, si in oleo decoquatur.

DE HASTVLA REGIA.

Cap. 52.

Hastula regia Græcè moloche agria dicitur.

1 Ad dysentericos.

Herbæ hastulæ regiæ radix cum uino trita potui detur dysentericis, statim sentient beneficium.

2 Ad uentris fluxum restringendum.

Herbæ hastulæ regiæ semen mixtum, cum aceto acerrimo potui datum, uentrem constringit.

DE PAPAVERE SYLVATICO.

Cap. 53.

Græci mecona ceratitin, alij aphroden, alij heraction, alij mecona agrion, alij mecona rhæada, alij anemonen & enemion, alij oxytonon, alij profopō, alij lethēn, alij lethusan, alij oniron, Prophetæ basilicon persephonio appellant: Itali papauer album, papauer nigrum, papauer agreste, papauer syluaticum, folliculosum. Mecona Latini papauer dicunt. Eius alia est usualis, quæ etiam folliculosa uocatur: alia agrestis, & aliter rhæas appellata: siquidem ex ipsa fluit succus, quem appellant opium: uel quod facile florem dimittat. Alia ceratitis

**Virtutibus herbarum.** 339

ceratitis, siue aphrodes. Est igit usualis lōgi-  
oris capitis, atq; semine albo. Agrestis uerò,  
quæ rhœas appellatur, est capite sessili, semi-  
ne nigriore. Alia aridior atq; agrestior, cuius  
caput longius, atq; flores rubri uel albi; semē  
fuluū, radix subalbida, lōga, minimi digiti ro-  
bore, & colligitur uerno tempore. Ceratitis  
uerò nascitur in littoribus erecto thyrso atq;  
hirto, folijs insectis, hirtis, albis, flore pallido,  
fructu paruo uncatō ut cornu, semine nigro,  
paruo, radice ualida, nigra, atq; in superficie  
terræ. Item aphrodes, quæ appellatur hera-  
lios, ex omni parte alba est, eius semen colli-  
gitur æstiuo tempore aridum.

1 *Ad epiphoras oculorum:*

Herbæ papaueris syluatici fructum, id est,  
caliculos cum suo semine pisatum cum ace-  
to oculis impones, sedabit dolorem.

2 *Ad hemicranium & capitis dolorem.*

Herbam papauer syluaticum pisatam cum  
aceto fronti impones, sedabit dolorem.

3 *Ad eos qui non dormiunt.*

Herbæ papaueris syluatici succo si quem  
perunges, somnum ei cum sopore obijciat.

**DE OENANTHE.**

Cap. 54.

1 *Ad stranguriam.*

Herbæ oenanthes radicē in puluere redā-

yyy 2 *statu.*

ctam dato ad stranguriã in uini cyathis duobus, summè facit.

2 *Aduersus tussim.*

Oenanthes herbę radicem dabis potui, ut suprà: tussim sedat.

DE NARCISSO.

Cap. 55.

Narcissus à Græcis dicitur anhydros, autogenes, bolbos emeticos, Ægyptij emptonem, Prophetæ cynoglossan, Latini bulbum uomitorium uocauerunt. Nascitur thyrso bipalmi, folijs porri similibus, sed paulò breuioribus, flore albo, interius croceo, uel in aliquibus purpureo, fructu siue semine ut in membranula nigro, † imagine bulbi.

† *alias, in magnitudine.*

1 *Ad uulnera quæ ex se nascuntur.*

Herbæ narcissi radix contusa cum oleo & farina, uice cataplasmatibus imponitur uulneri, & sanat mirificè.

2 *Ad phibificos uel colicos.*

Herbam narcissum tusam & potui datam, colicis uel tussientibus prodesse dicimus. Si autem uolueris oleum facere, herbæ narcissi florem in oleum mittes, & perunges infirmum: miraberis rem certam.

DE SPLENIO ET LONCHITIDE.

Cap. 56.

Græcis dicitur lonchitis, alijs hemionion, alijs scolopendron, alijs phrygia, alijs phrygitis.

Virtutibus herbarum. 341

gitis, alijs philtrodotes, alijs teucrion, Prophetæ hæma gales. Lonchitis folia habet rubra, flores nigros, comicorum uultibus hiscentibus similes, semē album, simile lanceæ, latum, radicem similem dauci. Alijs uirtutibus traditur etiam alia lonchitis similis scolopendriæ, cum aceto spleneticos medens iu potu data.

I Ad splenis dolorem.

Herbæ splenij radicem pisatam, & in puluerem mollissimum redactam, uino leniore potui dato, sumnam rem experieris. Constatq; eam sic esse inuentam. Quum exta in sacrificio super eam essent proiecta, ferunt adhæsisse lieni, eūq; exinanisse: propter hoc à quibusdam splenion uocatur. Item narrant quidam sues, qui radicem eius ederint, sine splene inueniri. Quidam ramis hyssopi surculosam, folio fabæ eodem nomine appellant. Legunt autem eam dum floret, maximèq; ex Ciliciæ & Pisidiæ montibus laudat.

DE POLIO. Cap. 57.

Græci polion, alijs pheuxaspidiō, alijs achemenin, alijs libanitin, alijs melosmon, alijs belion, alijs leontocaron uocant, Ægyptij cathotis, Latini conulam, Martialis neptuniam. Duæ eius sunt species: alia est fruticosa atque inutilis, altera syluestris frutice bipalmi, albo, folijs tenuibus, semine pleno, cum capitulo



tello in summitate paruulo, comoso, ueluti  
cana capillatura, frangenti odoris grauissi-  
mi cum quadam iucunditate. Nascitur locis  
asperis.

I

*Ad lunaticos.*

Herbam polion conteres, & succum eius  
commiscebis cū aceto scyllitico, & perunges  
eos, curabuntur. Item pilulam eius & radi-  
cem in linteolo mūdo, circa collum eius qui  
patitur, ligabis. Experimentum est ualde o-  
ptimum. Nos ipsi experti sumus.

DE VICTORIALI. Cap. 58.

Eupelios Græcè, daphnoides, hypoglossio-  
on, eupetalon, diglossos, nicephyllon, pel-  
leon, idæa daphne, samothracia daphne, alex-  
andrina daphne, nitrion, danae, stephane  
alexandru, chamædaphne, carpophyllon, da-  
phnitis: Latine peruinca, uictoriæ foliū, lau-  
rus Alexandrina, Maçedonica, laurago, mu-  
stellago terrestris uocatur. Frutex est sæpius  
cubitalis, folijs ut myrt<sup>o</sup>, paulò maiorib. atq;  
teneriorib. & nō infractis, gustu remordētib.  
& incendiosis. His prædita est uirtutibus.

I

*Ad phlegmata incidenda.*

Herbæ uictorialæ folia pisabis, & succum  
eius cyathis duobus dabis cum melle bibere  
ieiuno, mox phlegmata intercidet.

DE CONSOLIDA. Cap. 59.

Græci xylophyton, symphyton, anachylin,  
ana-

Virtutibus herbarum. 343

anazetefin, Democritus hæmostasin: Latini conferbam, consolidam, inulam rusticam, Galli alum. Alia est petrosa, lignosa omnis, iucundi odoris, atq; saluam prouocans, ramis origano & capitellis thymi similibus, radice longa, fulua, in robore digitali. Est & altera quæ appellatur etiã pectis, habens thyrsum bicubitalem, geniculatum, inanem, in quo folia hirta, angusta & ueluti longa cû adnationibus secundum genicula, flore nigro, fructu siue semine floccorum corticis simili, pruritum mouente, radices exterius nigras, interius argillofas, uirtutis densabilis.

1 *Ad profluuium mulierum.*

Herbæ consolidæ puluerem molissimè cõtritum potui dabis in uino, mox restringet.

2 *Ad conuulsos uel intus ruptos.*

Herbæ consolidæ radicem in cinere tepido coquito & ex melle ieiuno dabis ut edat, sanabitur: & thoracem totum purgabit.

3 *Ad stomachi dolorem.*

Herbam consolidam si cum oxygano edat, magnum beneficium sentiet.

4 *Ad tußim.*

Herbæ symphyti radices in caldaria decoques cum melle & pipere & castoreo ad quartas, & in uino uetere ieiuno dato in potu. Hæc herba hoc argumentum habet, ut carne bubula concisa, & in caccabum missa,

eius radicis si miseris drachmas duas, cocta  
 caro in unum cohærebit.

DE ASTERIO. Cap. 60.

Græcorum aliqui asterion, alij asterifcon,  
 alij asteria atticon, quidã bubonion, alij hypo-  
 pthalmion uocarunt: Latini inguinalem,  
 Punico derdum. Herba est lignosã habens  
 uirgas, & florem in summitate nigrum, tan-  
 quam anthemidis herbæ, capitellum ambitũ  
 foliolis stellæ similibus, sed in thyrso folia  
 longiora atque hirta, uel crassiora, & est la-  
 xatiuæ uirtutis. Nascitur ubique inter petras  
 & loca aspera. Hæc herba noctu tanquam  
 stella in cælo sic lucet, ut qui uiderit, igno-  
 rans dicat phantasma se uidere, & metu ple-  
 nus irridetur. Maximè autem à pastoribus  
 pecorum inuenitur. Adhibetur denique in-  
 guinum tumoribus.

I Ad caducos.

Herbæ asterij baccas si dederis manduca-  
 re caduco luna decrescente, quum erit signũ  
 Virginis, & ipsam herbam laborans habeat  
 in collo suspensam, remediabitur.

DE LAGOPY, hoc est PEDE LE-  
 PORIS. Cap. 61.

Græci lagopun, Romani uocant eam her-  
 bam benedictam, leporinum pedem. Lagu-  
 pus Græci à similitudine pedis leporini di-  
 cta. Nascitur in pratis.

I Ad uentrem stringendum.

Herbam leporis pedem siccatam, & in puluerem redactam, dabis potionem in uino nõ febricitanti, febricitanti uerò in aqua calida, & mox uentrem stringet.

DE DICTAMNO. Cap. 62.

A Græcis artemedion appellatur, alijs cre  
 rice, alijs ephemeron, alijs + eldia, alijs belo- + *al. idæa.*  
 cos, alijs belotocos, alijs dorcadion, alijs eu-  
 bolion, alijs dipsacos, Italis + ustilago rusti- + *alijs tustia,*  
 ca, alijs labrũ Veneris, Ægyptijs emenypse. *lago.*  
 Nascitur in insula Creta, monte Ida, folijs si-  
 milibus pulegio, sed paulò maioribus, atque  
 floccosis uel lanugineis adnationibus, & ne-  
 que florem generat neque fructum. Item alia  
 huic similis, quæ appellata est pseudodictam-  
 nos: nascitur plurimis in terris, similis acri-  
 moniæ dictamni. Memoratur etiam tertia  
 species apud Cretam dictamni, cum folijs si-  
 milibus sisymbrij, maioribus ramis & flore  
 nigro, molli, similis uirtute pseudodictamni.  
 Harum denique multo efficacior est prima.

I Ad mulierem, si in utero mortuum  
 factum habuerit.

Herbæ dictamni succum, si absq; febricu-  
 la fuerit, cum uino dabis bibere: si autem fe-  
 bricitat, dabis cum aqua calida, mox eijciet  
 factum sine periculo.

2 *Ad plagas siue ferro siue à sude uel à serpentibus factas.*

Herbæ dictamni succum in plagam infundat, & aliquid bibat, mox sanabitur. Ad serpentium autem morsum succum eius in uino bibat, & mox discutit uenenum.

3 *Si quis uenenum sumpserit.*

Herbæ dictamni succum cum uini hemina in potu sumat, mirificè facit. Tanta aut uirtus est dictamni, ut non solû interficiat ubicunq; fuerint serpentes præsentia sui: sed & si odor eius à uento sublatus fuerit, ubicunq; eos tetigerit, mox occidet. Fertur & hoc exemplum: Si caprea uel ceruus in uenatione terro percussus fuerit, quum peruenit ad herbam dictamnium, & ea pascitur, mox telum excutitur è plaga, & sanatur pascendo dictamnium.

4 *Ad uulnera recentia.*

Herbas dictamnû & argemoniâ & ambrosiam contritas cum butyro plagæ imponito, miraberis in omnibus dictamni effectum.

5 *Ad ulcera & nomas.*

Herba dictamnus imposita, ulcera & putres nomas, & purgare & explere dicitur.

## DE SOLAGINE MINORE. Cap. 63.

Herbam solagine minorem, alij heliotropion appellant. Nascitur locis concauis, & cætera, ut supra cap. 49.

1 Ad lumbricos necandos & exclu-  
dendos.

Herba solago minor siccata, & in pulve-  
rem redacta, & in aqua calida potui data, lū-  
bricos occidet.

DE PÆONIA. Cap. 64.

Pæonia à Græcis appellatur pentorobon,  
alijs glycyfis, alijs aglaophotis, alijs pæoniō,  
alijs selenion, alijs menion, alijs panacos ce-  
ras, alijs selenogonō, alijs dichomenion, alijs  
gludim, alijs menogenion, alijs theodonion,  
Itali pæoniam, alij rosam fatuinam uocant.  
Pæonia nomen inuentoris retinet. Nascitur  
Crete & Siciliæ montibus, quam Homerus  
facit autor libris suis inseruit. Hęc herba in  
extremis bacculas habet amygdalinis simi-  
les, in quibus sunt grana cocco similia ad aci-  
norum mali granati magnitudinem, quę no-  
ctu lucent tanquam lucerna. Plurimū noctu  
à pastoribus inuenitur & colligitur.

1 Ad lunaticos.

Herba pæonia si lunatico iacenti ligetur in  
collo, statim se leuat sanus. Et si eam secum  
portauerit, nunquam ei hoc malum accidet.

2 Ad ischiaticos.

Herbæ pæonię radicis partem alligabis li-  
no, eumq; qui patitur circumcinges, res est  
saluberrima. Et si eam in naui habueris, tem-  
pestatem compestcit, si mundus ea utaris: est  
enim mirabilis.

DE

L. Apuleij de  
DE PERISTEREO.

Cap. 65.

Gręci peristereon orthion, alij trigoniō, alij bunion, alij hieran botanen, alij philtrodoten, Ægyptij thiophenges, Prophetæ heras dacryon, alij hæma gales, alij hæma hermu, Punici zimicum, alij azirgozol, Itali cristam gallinaceam, alij columbinam, alij ferrariam, alij exuperam matricalem, alij herculaniam uocarunt. Vtique peristereon herba siue supina siue recta, nascitur ubiq; in planis & aquosis locis, radice simplici atque thyrso. Sunt autem eæ columbis esca admodum iucunda & familiaris, unde & hoc nomen habent, & columbinæ dicuntur.

I Ad omnia uenena.

Herbæ peristereï tritum puluerem si quis potum in uinō acceperit, omnia uenena discutit. Quidam dicunt, quōd & magi ea in arte sua utuntur, primum Homerus, deinde Mithridates, & cum centauria potui data, omnia mala medicamenta expellit, per aluum deducens.

DE BRIONIA. Cap. 66.

Gręci brioniā, chelidonion, & melothron, & archezostin siue apiastellum, Itali uam taminiam, uitem albam, agrifolium, dentariam, Ægyptij thodona, dardiadana, Syri hulgadefsi, dinuprila, Daci dochlea appellauerunt.

**Virtutibus herbarum.** 349

re. Herba brionia, uirgultis atque folijs & corymbis ut uinifera uitis, sed omnibus hirsutis, quæ se colligat uicinis fruticibus, fructu siue semine botruoso, longo, raro, fuluo, quo etiam tergora depilantur, thyrsos emittens prima informatione è radice qui sunt asparagis similes.

**I Ad splenem.**

Herba brionia in cibo data lienosis, per urinam lienem digerit & emendat. Hæc herba tam laudabilis est, ut in theriacas etiam potiones mittatur. Item si in capite uel in cinctu eam tecum portaueris, nulla mala te contingent.

**DE NYMPHÆA. Cap. 67.**

Græci nymphæa, proteam, caccabon, lotometram, rhopalon, androgynon, hydraggon, heracleon, Andreas nerion, Latini matrem herculaniam, algâ palustrem, papauer palustre, clauum Veneris, digitum Veneris, aquæ ductam dixerunt. Nascitur in aquis stagnantibus, itaque inde nomen sumpsit, thyrso nigro, leni, folijs similibus herbæ ciboriæ, aquam ex parte superantibus, flore pallido, fructu siue semine lato, denso, atque gustu argilloso, radice stipidosa, nigra, acerrima. Est præterea alia nascens in Peneo Thessaliæ flumine, cuius flos niger est: radix alba & aspera.

*alias stantibus.*

**I Ad dysentericos.**

**Herbæ**



Herbæ nymphææ semen cum uino tritum  
in potu detur dysenterico, sanabitur mirifi-  
cè. Item radices eius rades, & dabis mandu-  
care dysenterico diebus decem, curabitur.  
Item si succus cum uino austero datus fuerit,  
uentris fluxum restringet.

## DE CIRSIO. Cap. 68.

Græci cirsion, alij acanthion, Latini spinâ  
mollem appellât. Herba cirsion thyrsus est bi-  
cubitali, trigono inferius, summitate rotun-  
do, cum thyrsiculis purpureis atq; canescen-  
tibus, folijs hirtis, radice, ut Andreas memo-  
rat, uaricum dolores medente.

1 *Ad faucium dolorem.*

Herbam cirsion cum sua radice si quis in  
collo portauerit suspensam, fauces ei nun-  
quam dolebunt.

2 *Ad interaneorum dolorem.*

Herbæ cirsij tusæ succus expressus & potu  
tui datus, interaneorum dolorem mirificè sa-  
nat. Lege eam mense Maio.

## DE ISATIDE. Cap. 69.

Græci isatim, Prophetæ apision, Latini  
alutam appellauerè.

1 *Ad morsum serpentis.*

Herbæ isatidis folium contritum in aqua,  
& in plaga positum, adiuuat, & dolorem tollit.

## DE SCORDIO. Cap. 70.

Græci

Virtutibus herbarum. 351

Græci scordion, pleuritin, scordilon, dyso-  
simon, calaminthen agriâ, mithridation, Pro-  
phetæ hæma podontos, hæma iëctinos, Lati-  
ni trixaginem palustrem. Scordion habet  
thyrsos quadrangulos: folia sapore redar-  
guentia, quæ Græci stiptica uocauerunt, a-  
mara, & odorem aliquem allij reddentia: flo-  
re rubro, & est uirtutis mictualis.

1 *Ad neruorum dolorem.*

Herba scordion trita, & cum oleo laurino  
subacta, dolorem tollit inuncta

2 *Ad serpentium morsus.*

Herba scordiõ coquatur, & detur ius eius  
cum uino potui: ipsa autem contusa in pla-  
gam imponatur, dolorem tollit.

3 *Ad cottidianas uel tertianas.*

Herba scordion alligata circa corpus ho-  
minis, tollit cottidianas uel tertianas.

DE VERBASCO. Cap. 71.

Græci phlomon, pycnitin, lichnitin, Lati-  
ni uerbascum uocant. Sunt eius species pri-  
mæ duæ. Harum est altera nigra, altera alba:  
cuius altera masculus, altera fœmina. Fœ-  
mina igitur est radicis contortæ, longitudi-  
nis cubitalis: thyrso tenero, leniter hirtio:  
folijs coliculi similibus, sed hirtioribus atque  
albidis: flore uiridi, & femine nigro. Mas-  
culus uerò albidioribus folijs atque angustio-  
ribus,

ribus, & fructu siue semine tenuiori. Item nigra folijs est latioribus atq; nigris. Item agrestis flore nigro, folijs herbæ saluiæ similibus, uirgis celsis. Item phlomidæ appellatæ sunt duplices, hirtæ, terræ inhærentes, rotundi foliæ. Item quæ appellatur lychnitis siue thryalis, quæ nocturnis luminibus aptatur, folijs pinguibus. Sed omnium radices sunt uirtutis redarguentis, hoc est stipticæ. Nascitur locis sabulosis & aggeribus. Hanc herbam dicitur Mercuriû inuenisse, & Vlysi dedisse, cum deuenisset ad Circen, ut nulla maleficia eius timeret.

1 *Aduersus occursum malos.*

Herbæ uerbasci uirgulam qui secum portauerit, nullo metu terrebitur, neque bestiarum, neque occursum mali molestabunt hunc.

2 *Ad podagram.*

Herba uerbascum contusa atq; imposta, infra paucas horas dolorem efficaciter sedabit, ita ut etiam ambulare queat. Hanc impositione autores præcipui proficere affirmant.

DE HERACLEA, siue SIDERITIDE.

*Cap. 72.*

Græci heraclean, ijdé sideritin, ijdé buphtalmon, ijdé scorpiuron, ijdé curitin, ijdé aristerion, Latini ferrariâ, alij cristâ gallinacæ, alij herculaniâ, alij exuperâ patricale uocât. Habet species tres, quarû altera thyrsis quadrangulis

## Virtutibus herbarum.

353

gulis, redarguentis uirtutis, nodis per interualla uariegatis, femine nigro, folijs asperis, & uocatur speciali nomine heraclea. Alia ramulis tenuibus, bicubitis, folijs ex utroq; alternatis, atq; in summitate sui scissis, cum capitellis in summitate ramorum femine plenis. Tertia mollib. thyrsis, subalbidis, leuibus: flore phœniceo, paruo atq; argilloso: folijs coriandri similibus. Sed omnium supradictarum herbarum folia sunt uirtutis glutinatiuæ recentium uulnerum.

*I Si quis in uia tutè uult deambulare.*

Herbam heracleam si tecum in uia portaueris, latrones non timebis.

DE CHELIDONIA. Cap. 73.

Græcè chelidion appellatur, Latinè hirundinina. Eius species duæ. Alia maior, alia minor, quæ etiam appellatur pyron agrion. Sed maior est tenuissimo thyrso tanquã fœnigræci, cum folijs impactis suis uirgultis, mollibus atque subalbidis, circa quæ flores nigri. succum facit croceum atq; acriorem, & mordacem sensim, & amarum: fructum tanquam ceratia porrectiora atq; tenuia, in quibus semina papauere maiora: item radicem ex una in plurimas euntem, atque in inferiores partes. Siquidem nomen chelidoniæ sumpsit ex hoc, quòd eo tēpore semper florescit quo hirūdines præsto sunt, quas Græci

zzz

cheli-

chelidonas uocât: uel, ut quidam memorât,  
quòd nidis suis eandem hirundines ferant  
ob acuendos succedentium uisus.

1 *Ad caliginem oculorum & scabredinem, & qui uulnera habent in oculis, & albuginē oculorū.*

Herbæ chelidoniæ radicem pistabis cum uino uetere, & melle Attico, & pipere albo: & cum inuicem bene contritum fuerit, inunges deintus, caliginē discutit: ipsi experti sumus. Quidam de succo eius oculos sibi inungūt. Item caligantibus oculis succos eius uel flores expressos & mixtos cum melle Attico in uase æreo, leniter cineri feruenti commixtos decoctosq; singulare remedium ad caliginē oculorum facere certum est. Quidam succo tantum utuntur.

2 *Ad parotidas.*

Chelidonia cum axungia trita imponatur, sed antè aqua foueto.

3 *Ad auriginem.*

Herbam chelidoniam tritam cum aqua bibat, miraberis effectum.

4 *Ad ambustum.*

Herbam chelidoniam cum sepo caprino conteres, & impones.

5 *Ad capitis dolorem.*

Herbam chelidoniam ex aceto contritam, illinito fronti & capiti.

6 *Ad dentium dolorem.*

Her-

Virtutibus herbarum. 355

Herbæ chelidoniæ radicem & cūpressi fo-  
lia trita, & tedam masculam aceto decoques,  
& reperfactum gargarizet.

DE STRYCHNO siue SOLATA.

Cap. 74.

Græci strychnon hemeron, agrian staphy-  
len, thalian, manicon, perisson, anhydron,  
manten, dorycnion, moly uocant: Latini bel-  
lonariam, uaticam, apollinariam, somniferā,  
strumū, cucullum. Strychni species sunt qua-  
tuor: quarum uocatur prima hortualis, quæ  
est odoris iucundi, cum frutice crebro, fruti-  
coso, & folijs nigris, maioribus ac latioribus  
ocimo, cum semine rotūdo uiridi aut nigro.  
Alia caccabum appellata, quam Latini stru-  
mum appellauerunt, siue soporiferam: & est  
folijs latioribus à præscripta, cū thyrsis post  
augmentum ultra terræ uicinitatem inani-  
bus, & fructu siue semine in folliculis rotun-  
dis uesicæ similibus incluso, fuluo, rotundo,  
leni, simili uuarum acinis, quo etiam corona-  
rum uenditores utuntur. Tertia est, quæ uo-  
catur hypnotice, siue ut alij strychnon mela-  
non, uel thalia, uel anhydron, agria staphyle,  
manicon, perisson, Latinè bellonaria, somni-  
fica. Frutex est, nascit̃ in petrosis locis, ramos  
plurimos pandens stipidosos, & difficilè fra-  
giles, folijs plenos ut mala cydonia, florib. ru-  
bris, & non minimis, semine in cannis, quas

Fortē  
ye len-  
ger ye  
lieber.

Græci lobas appellant, croceo: radice cum rubro cortice. Quarta est, quæ appellatur manice, sed Latine furialis, eo quod furorem excitat. Nascitur in collibus, uel mōtuosis locis, thyrsos emittens decem uel duodecim ulnarum, siue, ut Græci, orgyorum, cum folijs crucæ similibus, sed paulò latioribus, superposito capite hirto uelut platani sphaeræ, sed maiore ac latiore, & flore nigro, cum quo semen siue fructum botruosum, rotundum, nigrum, habentem acinos decem.

1 *Ad ignem sacrum.*

Herbæ strychni succus expressus cū aceto super illinitus, ignem sacrum mirificè curat.

2 *Ad tumorem corporis.*

Herbam solatam tusam, & cum oleo substatam impone, prodest.

3 *Si mulier laborat inferius.*

Herbæ solatæ succo se sublauet.

4 *Ad aurium dolorem.*

aliās cri-  
nino. Herbæ solatæ succum cum oleo + cymini-  
no misce, & tepefactum stilla in aures.

5 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ solatæ baccas commanducet.

6 *Ad sanguinem de naribus fluentem.*

Herbæ strychni succo lana intincta nares obtura, sanguinem mirificè stringit.

7 *Ad alopecias.*

Herbæ

Herbæ stychni succus expressus cum aceto, & superillinitus, alopecias mirificè curat.

8 *Ad capitis dolorem.*

Herba strychnon cum oleo rosaceo calefacta & stillata, mirificè capitis dolorè tollit.

DE SENECTIONE. Cap. 75.

A Græcis erigeron, gerontea, hydrogeron uocatur, Latinis senecion. Thyrsus habet cubitalem, rubrum, cum tenuibus folijs leuiter in summitate scissis, & floribus nigellis, primo tempore celeriter scissis ac florentibus summotenus uelut in canis, quos Græci pappus appellant, nos auos uocare possumus. Denique erigeron Græcè nominatur, quòd uerno tempore canescat eius flos, ac tenuetur tanquam capillatura. Habet radicem tenuem atque inutilem. Nascitur in tectis, & circa parietes.

1 *Ad uulnera quamuis uetustissima.*

Herba senecion tusa & subacta cum axungia uetere, et imposita, mirificè sanat uulnera.

2 *Item ad uulnera.*

Herba senecion, si mane eam adorans ex terra colligas, & tundas cum axungia uetere, in plagam imposita, plagam aperit & expurgat. Item si eam simili more post meridiem colligas, & cum axungia uetere misceas, imposita plagæ, aperit & perfanat.



3 Ad pedum tumorem, & dolorem  
neruorum.

Herba senecion pistata cum axungia uetere, pedum dolorem tollit, & neruorum potentissimè sanat.

4 Ad stomachi dolorem.

Herbæ senecionis flosculi cocti bene & subacti, imponantur ut malagma stomacho, summè dolorem sanant.

5 Ad lumborum & coxarum dolorem.

Herba senecion per se trita, & ieiuno in potu data, ualidissimè prodesse fertur.

6 Ad podagram.

Herba senecion trita cum sale, & ut malagmatis genus apposita pedibus, æquè proficere certum est.

7 Si quis ferro percussus fuerit.

Herba senecion tusa cū axungia uetere sine sale, & facta quasi cerotum, & in plaga imposita, facilimè uulnus ad sanitatē perducit.

DE FILICE. Cap. 76.

Græci pterin, Latini filicem nominant.

1 Ad uulnera.

Herbæ filicis radicem pistatam in uulnus pones, & argemoniæ drachmas duas cum uino potui dato, mirificè curat.

2 Ad ramicem puerorum.

Herbam filicem quam in radice esculi arboris inuenēris, tunde eam cum axungia, & panno

Virtutibus herbarum. 359

panno inducens impone, & fasciam sursum  
uersus ligabis, quinta die sanabitur.

3 *Ad dolorem femorum uel suræ.*

Herba filice fumigabis loca. Item infan-  
tem languidum si ex ea fumigabis, facili-  
nè conualefcet infans.

4 *Ad splenem.*

Herba filix cum radice sua decocta usque  
ad tertias, & potui data, splenem consumit.

DE GRAMINE. Cap. 77.

Græci agrostin, alij hæmaticon, alij ama-  
xitin, alij ægichon appellant: Latini gramen,  
alij assefolium, alij uniolam. Agrostis folijs  
parui calami similibus, atque uirgultis per  
terram serpentibus, geniculosis: radicibus  
geniculatis, dulcibus, atque uulnerum uir-  
tutis glutinatiuæ. Harum decoctio potui da-  
ta, urinam mouet. Est & alia quæ calam. agro-  
stis appellatur maior suprâ dicta, hoc est a-  
grosti: sed est melior in Parnasso nata, cuius  
flos urinam commouet, & eius radici suc-  
cus acuit uisum.

1 *Ad splenis dolorem.*

Herbam gramen decoques, & cum ea flo-  
rem teres, & in panno linies, & pones super  
splenem, mox sentiet beneficium.

2 *Ad epiphoras oculorum.*

Herba gramen, quæ in se trifurciam habet,  
(nâ & in plura diuiditur) decrescente Luna  
subla-

sublata plurimum ualet. Repositam habeto diligenter, exinde lippire incipientibus ad collum ligato, celeriter imminentem epiphoram discutere & sanare dicimus.

DE GLADIOLO. Cap. 78.

Græci xiphion, alij phasganion, alij limnicen, alij machærophyllon, alij anactorion, alij arion, Latini gladiolum segetalem, & linguam ceruinam uocant. Est folijs gladio similibus, thyrso cubitali, floribus purpureis, radicibus duabus, paruulis, rotundis, altera in altera: nata quarum superior maior est, & acrioris uirtutis.

1 *Ad uescicæ dolorem, & ad eos qui urinam non faciunt.*

Herbam gladiolum effodies, siccatur coratice radicis eius conterito, & cum uini cyathis duobus & aquæ calidæ cyathis quatuor immisces, & sic potui dabis, miram rem experieris.

2 *Ad splenis dolorem.*

Herbam gladiolum maturissimam lectam & siccatur, & in puluerem mollissimum reductam, & in uino leuissimo mixtam, potui datam, mirificè dicimus splenem deficcare.

3 *Ad coli uel præcordiorum dolorem.*

Herbæ gladioli baccas tritas ex caprino lacte, melius si asinino, tepe factas dato bibere, desinet dolor.

Virtutibus herbarum. 361

DE ROSMARINO. Cap. 79.

Libanotis alia est coronalis à Forano appellata: item ab alijs icteritis, quam Latini rosmarinum appellant, tenues nutriens uirgas, in quibus folia longa, tenuia, uiridia. Alia est fructifera, quam etiam zeam † Foranus appellat, siue chamedyosmon, canchryn oxean, campfanema, macærinthen Prophetæ, Dacidracontos, Ægyptij semen, Zoroaster † theopnoen, Latini salutarem. Folia feniculi similia, sed aspera & rotatùm terræ prostrata, & boni odoris, thyrsu cubitali, furcoso, cum umbraculis in summitate, in quibus fructum siue semē plurimū, album, angulosum ac resinam resipiens: & cū fuerit masticatū, feruorem commouens. Vocatur etiam canchrys semen supradictum: radicem uerò tenuem formatam, thuris odorem simulantem. Alia infructuosa, quæ in cæteris supradictæ similibus, sed neque thyrsu emittit, neque florem, neque semen: uocatur etiam ab alijs psoranthemis, taurophthalmō, parthenion, uel, (ut Ægyptij) sacatos, itē Prophetę aposplenos, hydroselinos, Latini malum lentum, Tusci fufinum. Alia numero quarta, quæ similis est supradictis duabus, uocatur à quibusdā malobathron, ebæfalitis, Latini ros terræ, Ægyptij nacothon, Prophetæ diospneuma: semen nutriens circulatum, nigrum, odoratum;

† Soranus.

† Theopneus.

tium, non incendiosum, radicem interius habens albam, exterius nigram. Sunt autem communiter omnes uirtutis feruentis acerrimæ, magis in radicibus. Nascitur locis maritimis, & hortis. Antequam thus sciretur, hæc herba homines deos placabant.

1 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ rosmarini radix commanducata, dentium dolorem tollit: uel si succum eius in dente tenuerit, mox sanabitur.

2 *Ad languentes.*

Herba rosmarino trita cum oleo languidum perunges, mox sanabitur.

3 *Ad pruriginem in corpore.*

Herbam rosmarinum terito & succum eius cum uino uetere & aqua calida per tri-duum dabis bibere, sanabitur.

4 *Ad hepatis uel interiorum dolorem.*

Herbæ rosmarini fasciculum concoques ex aqua, adijcies illi amomum pusillum, ut spicæ nardi, & palmulas duas, rutæ coliculum, in se coque, & aquam earum dabis bibere, sanus fiet.

5 *Ad tussim.*

Herbam rosmarinum cum piperis granis centum, mellis uncijs duabus teres, & facies pastillos, & dabis unum mane & unum sero cum dormitum uadit, tussim sedat.

6 *Ad interiorum dolorem.*

Herbam

Virtutibus herbarum. 365

Herbam rosmarinum uiridem, aut aridæ puluerem dabis ut suprâ, mirificè facit.

7 Ad albuginem in oculis.

Herbæ rosmarini + succum commisches cū melle Attico, & inunges, liberaberis. † alias puluerem.

8 Ad uulnera recentia.

Herba rosmarinum contusa cum axungia, imposita optimè facit.

9 Ad tertianas.

Herbam rosmarinum contusam in calida aqua sub accessione dabis.

DE PASTINACA. Cap. 80.

A Græcis dicitur agrios staphylinos, alijs ceras, alijs daucion, Itali pastinacam rusticâ, erraticam, & syluaticam. Nascitur in locis saxosis & aggeribus. Alia est hortualis siue seminalis, & uiribus imbecilla. Alia agrestis, quæ appellatur etiam à quibusdam ceras, eo quòd cornu fingat: habet comam ut fœniculus, thyrsuin tenuem, asperum, in quo umbraculum, & flores paruos tenues, quorum in medio croceum germè, purpurei coloris, radicem bipalmem, robore digitali, odore iucundam.

1 Ad mulieres quæ partu laborant, & non purgantur.

Herbam pastinacam syluaticâ decoquant, & de aqua eius se fomentent, sanabuntur.

2 Ad purgationem mulieris.

Herbam

Herbam pastinacam syluaticã decoques, & cum eadem aqua ubi cocta est, grana piperis trigintaquinque commisces, & dabis bibere, mox purgabitur. Facit autem, ut supra scriptum est, & ad dentium dolorem.

DE PERDICALI. Cap. Si.

Herbam perdicalem, Græci lysimachion, fideritin, alfinen, helxinen, parthenion dicunt: Latini muralem & parietariam, alij herculanam, alij urceolariam, alij uitriariam appellant. Sed nomen sumpsit à perdicibus, siquidem ipsæ ea aluntur. Vocatur etiam heraclia, & ixinos agrion, & alytis, & clybatis, & polyonymos. Nascitur in turribus uel parietibus, habet thyrsos tenues, fruticosos, rubros, in quibus semina aspera, & folia linozosti herbæ similia, rotundiora tamen atq; hirsuta & aspera, qualitate remordentia atque coherrentia: est enim, ut Græci aiunt, uirtutis stipticæ. Denique ad similes, causas ac similiter ut arnoglossos herba adhibetur.

I Ad podagram.

Herba perdicalis coquatur in aqua, & ex eadem aqua fouebis pedes uel genua, deinde ipsam herbam tusam cum axungia impones pedibus, panno inductam, uel super genua, sanabit mirè. Nascitur parietibus aut macerijs aut aggeribus.

Virtutibus herbarum. 365

DE MERCVRIALI. Cap. 82.

Mercurialis à Græcorum alijs linozostis arhen, alijs hermubotane, alijs argyros, alijs argyritis, alijs arithryllis, aliquibus parthenion, quibusdâ thelicon, alijs orchion, & chryfitis, arguminosq; appellata est, Ægyptij aphlopho, Prophetæ hermu basilion, Itali mercurialem & testiculatam. Frutex est bipalmis, folijs ocimi similibus, atq; ramis inanibus, cum furcis plurimis atq; densis. Et est fœmina maior, quæ appellatur etiam theligonon, Latinè mercurialis fœmina. Masculus uerò uocatur mercurialis masculata, id est testiculata. & est minor atq; rotûda, & ueluti testiculis binis paruis circa exordiû ornata.

1 *Ad uentris duritiã.*

Herbam mercurialem coques, & tritã ex passo dabis, statim detrahet, & stomachû purgabit. Aut semen eius tritum ex passo dato, idem detrahet & purgabit.

2 *Ad menstrua cienda.*

Herba mercurialis cû oleo irino uel rosaceo ad mota, mox puocat sanguinẽ mēstruũ.

3 *Ad epiphoras oculorum.*

Herbæ mercurialis folia cum uino albo uetere impone.

4 *Si aqua in aures introierit.*

Herbæ mercurialis succum tepesfactum in aurem stillabis, mox liberabis eum.

DE



## DE RADIOLO. Cap. 83

Herba radiolum, quam alij filicinam uocant, similis est filici quæ in lapideis nascitur, uel in parietibus, habens in folijs singulis binos ordines punctorum aureorum.

## 1 Ad capitis dolorem.

Herba radiolo contusa, atque antè curiose depurgata, cum aceto scyllitico usque adeò cocta donec appareat, perungito, capitis dolorem tollit.

## 2 Ad aluum concitandam.

Herbæ radioli radicem euulsam, & cultro corticem purgatam, cum malua coquito, & ius earum bibatur: sine labore uel aliquo remedio uentrem deducit, & omnes æstus.

## DE ASPARAGO AGRESTI. Cap. 84.

Græci myacantha, alij acanthillida appellant, alij aspharagon, alij asparagō agrion: Latini corrudam, alij asparagum agrestem, alij asparagum rusticum, alij asparagū nostrū.

## 1 Ad uescicæ dolorem siue tumorem.

Herbæ asparagi agrestis radicem coque in aquæ sextario, in pultario nouo ad quartas, & ieiunus diebus septem laborans sumat in potu: plurimis diebus balneo utatur, in frigidam non descendat, neque frigidam bibat, mirificè sanitatem experietur.

## 2 Ad dentium dolorem.

Herbæ asparagi succum in ore oportet continere.

3 Ad

Virtutibus herbarum.

367

3 *Ad elephantiosos.*

Herbæ asparagi radix cocta, contrita impo-  
natur elephantiaco, liberabitur.

4 *Ad renum dolorem.*

Herbæ asparagi radix trita cum uino, &  
potata proficit.

5 *Si quis malcuolus deuotauerit  
hominem.*

Herbæ asparagi agrestis radice sicca cum  
aqua fontana delustrabis eū, & resolut⁹ erit.

DE SABINA. Cap. 85.

Græci eam nerion dicūt, alij brathy, alij ba-  
rython, Itali herbam sabinam atq; sauinam,  
alij sabinam cupressum. Cupresso similis.

1 *Ad morbum regium, siue auriginem.*

Herba sabina cum melle & uino pota, au-  
riginem discutit. cum uino trita idem facit.

2 *Ad capitis dolorem.*

Herbam sabinam diligenter tritam cum a-  
ceto & oleo rosaceo mixtam, capiti & tempo-  
ribus illinitam, ualde dicimus prodesse.

3 *Ad carbunculos, uel ignem sacrum.*

Herba sabina cum melle illinita, mirificè  
facit.

DE CYNOCEPHALIO, hoc est, CAPI-  
te siue cerebro canis. Cap. 86.

Græci cynocephalion dicunt, alij antirrhio-  
non, alij bucranion, alij burrhinon, alij ame-  
tiston,

tifton, alij anarrhinon, alij pithecion, Prophetæ ofireostaphen, Itali canis cerebrū, alij herbam simininam, alij uenustam minorem, alij opalin gratam appellant.

I *Ad epiphoras oculorum.*

Herbæ canis cerebri radicem cum aqua decoque, & de eadem aqua subinde oculos foueto, celeriter lenit.

DE ERUSCO RVBO'VE.

Cap. 87.

A' Græcis dicit batos, siue batos idæa, alijs cynosbatos, alijs syntrophion, alijs asyntrophon, Prophetæ hæma ibeos, & hæma titanu, Itali senticem, alij rubum, alij morū syluaticum, Daci mantiam, Ægyptij hæmoos. Cynosbati species sunt duæ. altera enim est cõmunis, omnibus nota. altera quæ appellatur idæa siue cynos bathos, quæ est mollis ac lenior comparatione prioris atque minoris. Nascitur sub arboribus umbrosis in terra.

I *Ad aurium dolorem.*

Erusci herbæ teneræ cymæ succus expressus, tepesfactus & instillatus, ab aurium dolore liberat & perfanat. Certum est.

2 *Ad hæmorrhoidas restringendas.*

Erusci herbæ teneras cymas nouæ, & myrthi syluaticę cymas itidē nouem, mali granati sicci cortices tres pistes, & decoques simul in

Virtutibus herbarum. 369

in aqua, & cum tepuerit, fomentabis tunc anum. hoc triduum facies, mirificè restringit & sanat hæmorrhoidas.

3 *Ad profluuium mulieris.*

Erusci cymas teneras ter septenas decoques in aqua, usque ad tertias, & per triduum ieiunæ in potu dabis, ita ut cottidie renoues potionem.

4 *Ad cardiacos.*

Erusci folia per se trita imponuntur mammillæ sinistræ, & sic dolori resistunt.

5 *Ad gingiuarum & labrorum uitia.*

Erusci herbæ cauliculos teneros in uino decoquito, & ipsum uinum in ore contine.

6 *Ad uiam remedium.*

Erusci herbæ folia arefiant in umbra, crematorum cinere in cochleario tacta resiliet. Præsentaneum est.

7 *Ad uulnera recentia.*

Herbæ rubi aut flos aut mora imponantur, sine collectionis periculo sanant.

8 *Ad condylomata.*

Herbarubus cum uino decoquitur ad tertias, eoque uino fouentur condylomata, & omnia uitia sedis.

9 *Contra serpentium & hominum morsus.*

Herbæ rubi folia recétia trita imponantur.

DE MILLEFOLIO. Cap. 88.

Aaa

Græci

Græci myriophyllon & chiliophyllon, alij melophyllon, alij stratioticen, alij Achillion, alij chrysiten, alij ambrosiam dixere, Latini millefolium, alij militarem, alij superciliū Veneris, alij acorum syluaticum, Galli bellicocandium, uigentianam, Daci diodelam. Nasceitur in palustribus locis, thyrso unius radicis, molli, fuluo, ita coæquato atque elimato ut manufactus uideatur, folijs fœniculi similibus. Hanc herbã Achilles inuenit, unde uulnera ferro facta sanabat, & ob id Achilleos uocatur, hac sanasse Telephum dicitur.

1 *Ad dentium dolorem.*

Herbæ millefolij radicem ieiunus manducet laborans dentibus.

2 *Ad uulnera ferro facta.*

Herba millefolium cum axungia pisata & imposita, uulnera purgat & sanat.

3 *Ad tumores.*

Herbam millefolium contusam cum butyro tumoribus imponito.

4 *Ad urinæ difficultatem.*

Herbæ millefolij succus cum aceto potus, mirè prodest & sanat.

DE RUTA HORTENSI.

Cap. 89.

Græcis dicitur peganos & eriphio, Romani rutã hortensem appellitant. Nota quidem hæc est omnibus herba, cuius est altera usus, lis,

Virtutibus herbarum. 371

lis, altera agrestis atq; uirtutis acrioris, sed utraque feruentissimæ comprobantur. Mutantur etiam nomina pro regionum uarietate. Apud Cappadocas appellata est moly, à quibusdam armala, à Syris besasa. Memorant etiam ad Olcymū fluuiū appellari uiperale, eo quod interfectibilis earum comprobetur.

1 *Ad sanguinem de naribus profluentem.*

Herba ruta frequentius odorata, sanguinem de naribus mirificè restringit.

2 *Ad inflationes.*

Herbæ rutæ hortensis crudæ paululum edito, uel in potione sumito.

3 *Ad stomachi dolorem.*

Herbæ rutæ semen cum sulphure uiuo & aceto ieiunus gustato, prodesse dicimus.

4 *Ad inguinum dolorem.*

Herba ruta uiridis coquatur ex oleo, deinde commisceatur cera, & ut cerato in lin-teolo utitor.

5 *Ad epiphoras oculorum.*

Herba ruta cum polenta bene trita & imposita lenit epiphoras: nam & radix eius cōtusa & inlita eas emendat.

6 *Ad caliginem oculorum.*

Herbæ rutæ rorem matutinū, aut matutino madentis succos collectos in uasculo habeto, & ex eo inunges. Eadem & carbūculis ex aceto tusa imponitur.

7

*Ad morsum canis rabidi.*

\* Al. s.

Herbæ rutæ pondus denariorum + sex ex uino bibatur: plagæ uerò imponantur rutæ folia trita cum melle, sale & pice: liberabitur.

8

*Ad cardiacos.*

Herbæ rutæ fasciculus cum rosaceo decoquatur, adiecta aloes uncia, & olei perunctio dolorem sistit.

9

*Ad lethargicos excitandos.*

Herba ruta trita ex aceto infundatur fronti. Eadem ignem sacrum, ex aceto & oleo illinita, sanat.

10

*Ad oculorum aciem.*

Herbæ rutæ folia subinde ieiunus manducet. Aut, herba cum uino trita potui data, antidotum est.

11

*Ad profluuium mulieris.*

Herbam rutam circumscribe auro & argento & ebore, & sublatam eam alligabis infra talum.

12

*Si fluit semen.*

Herba ruta manducetur ex uino, cum liquamine.

13

*Ad capitis dolorem.*

Herba ruta ex uino potui detur, & trita capiti instilletur cum aceto, & rosaceo oleo.

DE MENTASTRO. Cap. 90.

Græci calaminthen, alij glechon agriō, alij hedyosmō, alij osmiten, Ægyptij this Osthane,

nes, Prophetę gonō Apollonos, Latini mentastrum uocant, alij nepetam, Hispani creobula, Galli mentā. Huius species tres memoratur. Est enim syluestris folijs ocimi similib. atq; subalbidis, & ramis cauliculatis cū flore purpureo. Secunda species appellatur agreste pulegium, quia odore illi similis est, & folia pulegio similiter formata, sed maiora: quā specialiter Latini, ut suprā diximus, nepetam uocāt. Tertia est cū folijs mēthę similibus, longitudine à prædicta porrectioribus, thyrso atq; ramis maioribus, sed inferioribus effectu. Omnium acriora sunt folia gustu, atque incendiosa.

1 *Ad aurium uermes.*

Herbæ mentastri succus cum uino austero mixtus, & in auriculam coniectus, uermes natos necare creditur.

2 *Vt scias in cuius stellæ tutela sis.*

Herbam mentastrum tolle mundus, in lin teolo mundo habeto, & quando in pane cocto granum frumenti integrum inueneris, simul cum herba ponito, & preceris septem stellas, id est, Solem, Lunam, Martem, Mercurium, Iouem, Venerem, Saturnum, & sub puluino pone, ut tibi per quietem ostendāt, in cuius stellæ tutela sis.

3 *Ad elephantiosos.*

Aaa 3 Herbæ



Herbæ mentastri folia frequenter com-  
manducato, sanare certum est.

DE EBULO. Cap. 91.

Græci chamæacten dicunt, alij chamæscy-  
cen, alij mecon aphroden, alij agrian acten,  
alij euboicen, Galli ducone, Daci olma, Itali  
ebulum. Ramis rotundis digitalibus terræ  
prostratis, succo plenis, folijs lenticulatis,  
fructu siue semine rotundo, radice tenui.

1 Ad calculosos.

Herba ebulum tenerum cum folijs tritum  
ex uino potui datum, calculos expellit.

2 Ad colubri morsum.

Herbam ebulum tene, & antequam suc-  
cidas eam, ter nouies dices, Omnia mala be-  
stia eanto: atque eam ferro quàm acutissi-  
mo secundum terram trifariam præcidito, &  
id faciens, de eo cogitato cui medeberis, re-  
uersus ita ne respicias post tergum, & ipsam  
herbam contritam morsui apponito, statim  
sanabitur.

3 Ad hydropicos.

Herbæ ebuli radices conteres, & eius suc-  
cum expressum cyathis quatuor ex uini ses-  
xtario semis potui semel in die dato, hydro-  
pici ualidissimè proderit: per anum enim  
humor omnis detrahitur,

4 Ad splenis dolorem.

Herbæ ebuli radicem siccata[m], & in pul-  
uerem mollissimum redactam, ex uini cya-  
this quatuor, pulueris cochlearia tria, in li-  
mine stans bibat, & ebulum semper secum  
habeat sine ferro lectum.

DE PVLEGIO. Cap. 92.

Græci blechon, alij glechon, alij leucan-  
thon, alij dorcidion, alij + poludon, alij par- + alijs po-  
thenicon, Prophetæ pantagathon, Osthanes lyidon.  
dimoron, Latini pulegium. Quam uim pule-  
gium secum habeat, multi ignorant. Duo ge-  
nera eius sunt, masculus & fœmina. Mascu-  
lus florem album habet, fœmina rubeum si-  
ue purpureum. Vtrunque utile est & mira-  
bile: uirtutis acerrimæ & feruentis. Vocatur  
ab aliquibus blechon, eo quòd sit balantum  
animalium floris sui tempore pascuosa. Hoc  
autem in se mirabile habet, quod maximis  
æstatis caloribus floreat, quum ferè aliæ her-  
bæ arefcent.

1 Capiti ne noceat æstus aut frigus.

Herbã pulegiũ tecũ aut super aurẽ aut sub  
annulo portato, hoc & hyeme tota facias,  
nec grauedinem senties, nec perfriktionem.

2 Ad intestinorum infantium dolorem.

Pulegium & cyminum tritum ex aqua su-  
per umbilicum ponito, continuo sanus fiet.

3 Contra nauſeam stomachi.

Pulegium tritum, uel in aqua maceratum, cum aceto potui dabis: nauſeam ſtomachi ſedat.

4 *Ad ueretri pruriginem.*

Pulegium in aqua feruente maceratum tamdiu, donec bibi poſſit aqua, optimū eſt, & pruriginem ſedat.

5 *Ad uentris dolorem.*

Pulegium commanducatum, & in umbilico poſitum, religatum, ne excidat, cōtinuū dolorem diſcutit.

6 *Ad tertianas.*

Pulegij ramulos tres lana inuolutos odoret ante acceſſionem. Quod ſi quis coronam pulegij in capite habuerit, dolorem ſedat.

7 *Si infans in utero mulieris mortuus fuerit.*

Pulegij codas tres recentes quæ adolent ſuauius, tritas in uino uetere optimo, ſextarii quartario da bibat, liberabitur.

8 *Ne in nauis nauſees.*

Pulegium & abſinthium ſimul contere ex oleo & aceto, & nares frequenter frica.

9 *Si mulier minus purgatur.*

Pulegij pondus ſemiuncia in oxymelite cyathis duobus mane ieiuna bibat.

10 *Si ſecundæ à partu non ſequuntur.*

Pulegij tres diſcinge codas, & in uino bono da bibat.

Virtutibus herbarum. 377

11 *Ad vesicæ dolorem, uel calculum.*

Pulegium in uini cyathis duobus bene contritum ieiunus bibat, & continuo in solum descendat, intra paucos dies sanat, & calculus pellitur.

12 *Si quis cor aut pectus dolet.*

Pulegium in aceti cyathis duobus ieiunus bibat.

13 *Contra spasmus.*

Idem faciat, si spasmus molestus fuerit.

14 *Si mulier obticuerit.*

Pulegium contritum, & in puluerem reductum, lana conuolutum subijciatur ab obstetrice.

15 *Ad inflationem stomachi, uel intestinorum.*

Pulegium ex aqua calida cōtritum, uel ex uino, aut per se dato: rem miraberis illico.

16 *Ad morbum articularum.*

Pulegium in oxymellis quartario uel cyathis tribus ieiuno da bibere: eijciet bilem, & saniem albam. Idem faciet, ut facilè respiret.

17 *Ad splenis dolorem.*

Herbam pulegium decoque ex aceto, & id acetum calida permixtum potui dato. Ceterum ne quid pulegij prægnanti dederis.

18 *Ad ischiam, uel coxarum dolorem.*

Herba pulegio & pipere æquis ponderibus tritis, in balneo perfricabis ubi dolet.

L. Apuleij de  
DE NEPETA MONTANA.

Cap. 93.

Græci eam minthen agrian, alij minthen orinon, alij diaulan, Prophetæ hæma hammonos, alij gonon hammonos, Itali nepetam montanam siue syluestrem.

1 *Ad morsum serpentis.*

Herbæ nepetæ montanæ ex uino tritæ succus expressus cum uino potui datur, & eius folia cõtrita plagæ utiliter imponûtur.

2 *Ad tertianas uel quartanas.*

Herbam nepetam montanam in puluerem redactam, sub accessione dabis in aqua calida bibere, liberabitur.

DE PEUCEDANO, Cap. 94.

A Græcis dicitur peucedanos, quibusdam sison agriõ, alijs agriophyllõ, Prophetæ agathon dæmona, Latini pinastellum, alij santonariam uocarunt. Thyrsus habet ut scæniculus, radicem magnam & nigram grauissimi odoris, succo plenam, atque secundum ipsam, coronam densam, florem nigrum. Succus autem in ea processu temporis augetur, & propterea aliquando præfecta molli radice defluit, atque in umbra deponitur seruanda. Sole nanque uires amittit, sed probatur melior esse flauus & feruens gustatu, & odore grauis, ut in Sardinia & Samothracia.

1 *Ad serpentes fugandos.*

Herba

Virtutibus herbarum. 379

Herba peucedanum arcet serpentes odore suo. Item cum uetonica & adipe ceruino aut medulla aceto mixta, & morsui inposita, medetur.

2 *Ad phreneticos.*

Herba peucedanum cum aceto capiti infusa summè facit.

DE INULA CAMPANA. Cap. 95.

Græci panacen chironiō, alij panacen centauration, alij helenion, Latini inulam campanam appellant. Habet folia amaraco similia, flores aurofos, radicem tenuem, non altam, acerrimam gustu, medetur serpēte uexatos.

1 *Ad uesciæ dolorem.*

Herba inula, & apij semen, & asparagi, & fœniculi quoq; radices in unum trita, & in tepida potui data, efficaciter prosunt.

2 *Remedium ad cruciatus dentium.*

Herbam inulam ieiunus commanducet, dentes confirmat,

3 *Ad lumbricos.*

Herbæ inulæ folia ex uino trita, mirificè quum bibuntur necant lumbricos.

DE CYNOGLOSSA. Cap. 96.

Græci cynoglosson, alij <sup>† al. pyr-</sup> phrygian, alij hemonion, alij splenion, alij caballion, alij sco-gian. lymon, alij pyrgin, alij leucrion, Ægyptij zenis, Itali linguam canis, alij sublabium, alij linguam macedonicam.

1 Ad

1 *Ad morsum serpentis.*

Herba cynoglossa cōtrita, & ex uino sumpta, ueneno resistit.

2 *Ad quartanas.*

Herba cynoglossa, quæ folia quatuor habet, pisata, & ex aqua potui data, prodest.

3 *Ad eos qui minus audiunt.*

Herbæ cynoglossæ succum ex passo & oleo tepesactum in aurem stillato, mirè sanat.

## DE SAXIFRAGA. Cap. 97.

A Græcis dicitur adiantos, alijs scolopendrion, quibusdam scolymos, nonnullis scoliprochos, asplenon, & prochos agrios, Ægyptij phepere: Itali saxifragam, alij uitem canam, alij apruco, alij lampago uocant. Nascitur in montibus, locis saxosis, uirgultis nigris lenibus cum splendore, bipalmis, folijs ut coriandrum scissis in summitate.

1 *Ad calculos.*

Herbam saxifragam contritam ex uino bibendam dato, febricitanti ex aqua calida: tã præsentem effectum exhibet (nos ipsi exper-ti sumus) ut eodem die perfractis eiectionibus calculis ad sanitatem perducatur.

## DE HEDERA NIGRA. Cap. 98.

Græci eam dicunt cission melan, alij cission, cission, nysson ue, alij chrysson meton, Galli bolussellon, Daci arborriam, Latini hederam nigram.

1 *Ad calculos pellendos.*

Hederæ baccas aut septem aut nouem cō-  
tritas, & ex aqua potui sumptas, mirificè cal-  
culos in uesicâ congregatos frangere, & ex-  
trahere per urinam certum est.

2 *Ad capitis dolorem.*

Hederæ succo cum oleo rosaceo mixto, &  
cum uino, tempora uel frontem perfricabis:  
sedat dolorem.

3 *Ad splenis dolorem.*

Hederæ nigræ grana primò tria, secundò  
quinq; tertio septem, quartò nouem, quintò  
undecim, sextò tredecim, septimò quinde-  
cim, octauò septemdecim, nonò decē & no-  
uem, decimò uiginti unum, in uino bibatur,  
diurnis diebus: si febricitat, in aqua calida,  
maximo auxilio lienosis auxiliatur.

4 *Ad phalangiorum morsus.*

Hederæ radice succus bibatur, item ulce-  
ribus hederæ ex uino decocta imponatur:  
mirè sanat.

5 *Ad nares graueolentes.*

Herbæ hederæ succus bene colatus in na-  
res infunditur, & nares malè olētes emēdat.

6 *Ad aurium uitia, & eos qui  
minus audiunt.*

Herbæ hederæ succus mundissimus cum  
uino instillatus, medetur.

7 *Ne caput à Sole doleat.*

Hederæ



Hederæ folia molissimè trita cum aceto & oleo rosaceo aduersus omnem capitis dolorem fronti illinitur.

DE SERPILLO. Cap. 99.

*al. meronopus.* A Græcis dicitur herpillus, alij zygis, alij polion, Ægyptij + meruopnos, Latini serpillum, alij cicer erraticum, alij cicer rusticū. Eius est alia hortualis siue usualis, humi serpens cum folijs atq; ramis origani similibus, albidioribus quidem, atque sampsuchi odorem fingentibus. Alia agrestis, quæ etiam zygis appellata est, non in solo serpens, sed directa atque stanti positione subrecta cum ramis tenuibus atque + horrentibus longitudine bipalini, & folijs paruis & angustis tanquam rutæ, sed paulò longioribus atque plenioribus & angustioribus: floribus quoque omnibus in uirgis constitutis, in summitate purpureis, remordentibus linguam, odore iucundo, radice inutili. Nascitur in petris, uehementior est autem quàm rubea, quæ serminalis siue hortualis appellata est.

1 Ad capitis dolorem.

Herbæ serpilli succo cū oleo & sale fricta, & in puluerē redacta, omnibus cōmixtis caput perunges, sanabitur. Item serpillū decoctū in aceto tritum illinitur temporibus & fronti.

2 Ad combustum.

Herbæ serpilli & anchusæ sureuli unciam, spumæ

Virtutibus herbarum. 383

spumæ argenti uncias tres cum rosa in mortario teres, ceræ punicæ, adipis ursini & ceruini semilibrá, simul decoques, colabis bene, & impones, cõbusturas perfectissimè sanat.

DE ABSINTHIO. Cap. 100.

Græci absinthion, barypicon cognominant, Romani absinthium rusticum, Ægyptij somi appellant. Est porrò absinthiũ omnibus cognitum, cuius probabilius genus est Ponticum, uirtutis acerrimæ, feruentis & redaruentis amaræ. Nascitur locis cultis & montosis & saxosis. Nascitur & in Tauro monte Cappadociæ. Est præterea aliud absinthium marinũ, quod quidam seriphion uocant, plurimũ in Taphosiri Ægypti prouincia, tenuioris fructus aut feminis à supradicta, & angustioribus folijs, neque sic amarum, sed odoris grauioris.

<sup>1</sup> Ad periculum fungorum.

Herbæ absinthij succum ex aceto bibat. Hoc Serotinus uir centenarius euasit, quum esset à fungis tentatus.

<sup>2</sup> Ad liuores tollendos.

Herbam absinthium in aqua & aceto decoctam & inductam panno, impone: si corpus tenerum fuerit, ex melle imposito.

<sup>3</sup> Ad lumbricos.

Herbæ absinthij & marrubij & lupinorum paria

paria pondera in aqua mulsa cocta, uel in uino auctero, bis aut ter in umbilico imposita, necant lumbricos.

4 *Ad inguinum uel intertriginis molestias.*

Herbæ absinthij & marrubij surculum fumbo, & in semicinctio tecum portato, sanaberis.

DE SALVIA. Cap. 101.

Græci eleliphacō, alij crosmin, alij bechiō, alij phacon, alij sphagnon appellauerunt, Ægyptij anusi, Latini saluiā, alij tussilaginem, alij corsaluium uocāt. Eleliphacos agrestis grauioris est odoris. Usualis uerò quæ est boni odoris ac lenioris, saluiā uocatur. Est igitur frutex siue sarmentum lōgitudine porrectū, subalbidum, uirgis maioribus & quadratis, cum folijs paulo asperis, odoris boni, & fructu siue semine in summitate ramorum simili orminio agresti. Nascitur asperis locis: & est uirtutis redarguentis cum acrimonia, quæ denique pro dictamno sepe uenenum eijcit.

1 *Ad ueretri pruriginem.*

Herba saluiā decoquatur, & de ea aqua ueretrum infricetur.

2 *Ad pruriginem circa anum.*

Herba saluiā decoquatur, & de ea aqua inferiores partes fomententur, sedat pruriginem summæ.

Virtutibus herbarum.

385

DE CORIANDRO. Cap. 102.

Græci coriannon, alij corion, Latini coriandrum, Ægyptij ochion nominant. Omnibus notum, & frigidæ uirtutis est.

1

*Ad lumbricos.*

Herba coriandrum coquatur ad tertias in oleo, & in anum mittatur.

2

*Mulier ut citò pariat.*

